rario/congruo/idoneo/et capaci sit iudici iniusta et indiscreta residentia. Sed sancte deus plures hodierni iudices mere seculares et procurati: omissis his que a sacris ordinantur canonibus: licet regularum sint inexpertes religiosorum/haud formidant manus circa eorum reformationem apponere. Et illi ipsi minus sint reformati: et maiori egeant reformatione. et forsan tali quali ego miserrimus pctor. Et si alis a maioribus non puideatur tales arbitror laicos iudices (de quibus fit sermo) prelatorum et aliorum virorum ecclesiasticorum assumptuaros partes seu officia. Talesque videri meo erunt finaliter. qualis fuit [1] Ozias rex iuda. qui cum corroboratus esset a dño: eleuatum est cor eius in interitum suum: et neglexit dñm deum suum. Ingressus in templum dñi adolere voluit incensum sup altare thimiamatis. Statim tamen ingressus post eum Azarias sacerdos et cum eo sacerdotes dñi octoginta viri fortissimi: restiterunt regi atque dixerunt. Non est tui officij Ozia: vt adoleas incensum dño: sed sacerdotum: hoc est filiorum Aaron. qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere de sanctuario ne contempseris: quia non reputabitur tibi ad gloriam hoc a dño deo. Iratusque Ozias. et tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo dñi sup altare thimiamatis. Cumque respexisset eum Azarias pontifex et omnes reliqui sacerdotes: viderunt lepram in fronte eius: et festinato expulerunt eum. Sed et ipse perterritus accelerauit egredi: eo quod sensisset illico plagam dñi. Fuit igitur Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis sue. Et habitauit in domo separata plenus lepra: ob quam eiectus fuerat de domo domini. ij. Paralipom. xxvj. Ex quo tex. habes etiam regem leprosum iure diuino locum debere habitare a sanctis segregatum. Ille etiam tex. in dies allegari posset sacerdotes et viros ecclesiasticos: in faciem secularium virorum diuinorum volentium officia ecclesiasticorum dominorum exercere resistere posse. Habes insuper laicis non esse licitum vt officia assumant virorum ecclesiasticorum. Etiam si tales laici non reges sint. alias vides cui periculo (lepre vez) se subijciunt. Qui igitur aures hz audiendi audiat. Dicit tex. Mat. xj. et xiij. Et contententur seculares iudices suis terminis et limitibus. nec prelatorum nec virorum ecclesiasticorum conentur vsurpare iurisditionem maxime in istis reformationibus. sz eas inter eorum relinquant manus: prout et ecclesiastici qui deberent bus pphanis eorum haud decernere debent. c. nouit de iudi. c. tuam. de ordi. cogni. c. lator. c. cum . que inter. r. qd fil. sl. legi. cuz similibus. [2] Ad rem redeundo allegauimus dic. c. relatum. ad ostendendum et probandum quod in subsidium assumi possunt exteri idonei deficientibus indigenis idoneis: et deficientibus ciuibus vel odinarijs loci vel ecclesie aut monasterij aut generis. [3] Et facit doctrina quam tibi concedo. quod qñ dicimus beneficia regularia non posse valide conferri de iure communi clericis secularibus cle. quia regulares de sup. ne. prela. c. cum de beneficio. de preben. li. vj. c. volumus aut quod nominati. §. et insuper. J. de colla. Ubi tamen non reperirentur clerici regulares idonei et capaces: assumi possent seculares. Hoc possem pluribus modis corroborare: sed pro nunc facit id quod querit et decidit Panor. in dic. c. relatum. vers. quero quid. et c. Ubi querit sumpta occasione illius tex. (dicentis quod vbi agitur de reformatione religiosorum in casu illius. c. ponit

1 Ozias rex lepra fuit a dño percussus / eo quod officium sacerdotum voluit exercere. et tacite ostendit quod sacerdotes laico officia facienti resistendum esse.

2 Redit ad propositum quod exteri idonei possunt in subsidium assumi.

3 Regularia bñficia possunt conferri secularibus vbi non reperiuntur regulares idonei.

1
Reformatio religiosorum quõ fieri dbeat & assignat casum in q̃ epũs ecclesiã regularem posset reducere i secularẽ. et in regulari ponere clericos secu lares nec reqrit tunc pape licentia.

2
Si agat de rformatio ne alicui⁹ monasterij et religiosi eiusdẽ expellunt & et alij ad tẽpus includuntur quõ sit diuersorũ sint ordinum in eorũ habitib⁹ in tali monasterio se debeant hic ostendit.

deputari pñt religiosi alteri⁹ ordinis) q̃d si nõ reperiãtur regulares et alteri⁹ ordinis p quos possit monasteriuz reformari: dicit Panor. post Joã. an. ibi. q̃ tũc poterũt institui clerici seculares. p c. inter quatuor. de reli. do. Ubi dicit tex. q̃ q̃diu monasteria per regulares remanere potuerint ordinata: non sunt ad seculares clericos trãsferẽda. sed si regulares defuerint propter eorum defectũ in eis seculares clerici poterũt ordinari. Et licet ille tex. non loquatur in institutionibus beneficiorũ sed in reformationibus. satis tamen nobis ac nostro proposito/ argumentum prestat. [1] Et si de reformationibus loquerẽmur talem faceremus resolutionem. q̃d primo deberent induci monachi monasterij proprij ad obseruantiam. vt in dic. c. relatum. Et si essent incorrigibiles: deberet reformari monasterium de monachis eiusdez ordinis. si haberi possent vt ibi dicitur. quibus deficientibus deberent assumi de alio ordine. Omnibus autem deficientib⁹ recurrendum esset ad clericos seculares. vt in dic. c. inter quatuor & sic esset casus in quo episcopus posset reducere ecclesiam regularem ad statum secularem. secundum Panor. in dic. c. relatum. Et si dicas q̃ in ecclesia regulari nõ potest episcopus ponere clericos seculares. vt dicit glo. in dic. c. inter quatuor. Aduerte tu ad illaz. Nam coniungẽdo verba que ponuntur in medio illius. dum ponit verba sequentia. scilicet alias ponerẽtur seclares &c. glomerãdo illã partẽ glose cum eius principio dũ dicit vt hic dr. vbi gloss. fecit mẽtionẽ de epo. aperte sentit illa glo. q̃ episcopus in defectum regulariũ põt ponere ibi seculares & sic nõ est necesse q̃ adeatur papa. sm Panor. ibi et ita sentit ibi Jo. an. inq̃t ibi Panor. Et dat regula cũ casu excepto ex dicto. c. inter q̃tuor. Regula est q̃ nullus citra papã potest alterare statuz ecclesie religiose: vt si cõsueuit regi per regulares: regatur nũc per seculares. ambulandũ est eñ in ecclesia dei de reformatione in reformationẽ & de virtute in virtutem: vt sic poti⁹ sit ascensus q̃ descensus. vt in. c. fi. ver. Nec illa. de trãsla. epi. & in. c. legim⁹. xciij. dis. Casus except⁹ est q̃ cum regulares non reperiuntur. Tũc enĩ potest ecclesia ad statum secularium reduci. oportet tñ prius seruare certos gradus (cũ vt videz text. dicti. c. inter quatuor. indistincte dicat. q̃diu monasteria p regulares. &c.) videlicet vt prius reformetur locus religiosus de regularibus eiusdẽ monasterij eos preferendo exteris. Secũdo si nõ reperiantur regulares. s. reformati aut qui reformari velint eiusdẽ monasterij. Tunc in eorũ defectũ fiat reformatio & assumãtur regulares aliorũ religiosorum monasteriorum eiusdẽ ordinis. Postremo in defectũ omniũ regulariuz poterũt institui clerici seculares. & hoc casu seruã exceptionẽ positam in dic. c. inter quatuor. in versi. Sed si. sm Joã. an. & Panor. ibi. [2] Et vbi agitur de istis reformationibus: & ad tempus includuntur religiosi diuersorum ordinuz & habitus. Exclusis religiosis nõ reformatis proprij monasterij q̃usq; reformẽtur. vel quousq; aliũde veniant (iussu superioris) religiosi vere reformati eiusdem ordinis & habitus. put requirit tale monasteriuz. videt mihi apud istos populares quodãmodo generari scãdalũ. Ideo ꝯsulerem q̃ vbi religiosi nõ reformati ab vno expellunt monasterio vel conuentu. si interim pro diuino cultu ibi ponantur religiosi aliorum ordinũ. q̃ nõ vt sepius varijs in locis fit a cetero fiat: nec capiantur

religiosi bipartiti seu diversoꝝ habituū: sꝫ potius in parvo nūero assumant religiosi ad tempus vnius ⁊ eiusdem ordinis ⁊ habitus. Et si nō reperiant in numero cōpetenti vt qꝛ forsan ꝓpriū monasteriū istoꝝ supplentiū pateretur iacturā rōne diminutionis ꝓprij diuini cult⁹: ⁊ rōne absentie ꝓpriorum fratrum: tunc si contingat ꝙ assumēdi sint quatuor aut sex de vnō monasterio vnius ordinis ⁊ habitus diuersi coloris: ⁊ totidem alterius ordinis et diuersi habitus et coloris: et tot ex altero ordine diuerse ꝓfessionis ⁊ habitus. Tales reformatores cogitēt ⁊ vnū faciant: vt in habitu minus populo scādaloso: quo poterunt tales religiosi ibi reponāt seu ad tempus relinquant. Jubēdo: vt si possibile est in vno colore se conforment. Uerbi gratia agitur de reformatione fratrū minorꝫ. expellūtur ipsi aut per diuersos cōuentus diuiduntur alioꝝ ordinum reformatorū vt fieri solet ad tempus: vt discant viuere honeste et regulariter; si nesciāt: et ne detur materia vagandi. Si tunc in talium fratrū minorū monasterio egēte reformatione: ad tempus deputantur fratres ordinis beate marie de mōte Carmello. religiosi diui Dominici. ac religiosi heremite Sancti Augustini. Isti tales: vt vides: sunt diuersorum habituum colorum et ordinum. Nam religiosi beate Marie portant colorem album supra nigrum: et licet in colore superiori sit conformitas inter fratres ordinis sancti Dominici et heremitas sancti Augustini. habitus tamen coloris albi religiosorum diui dominici qui subtus deferūtur patēt euidenter. Ideo cū isti religiosi istorum trium ordinum autoritate superioris ex causa deseruiunt in eadem ecclesia ad tēpus se debent in vnum habitum conformare. Et poterūt facere ꝙ sequitur videlicet. ꝙ heremite sancti Augustini. in tali ecclesia deseruiant cū eorum superiori habitu nigro more consueto. ⁊ fratres ordinis sancti Dominici pariformiter cum eorum superiori habitu nigro. et religiosi beate Marie de mōte carmello deposito habitu superiori albo cum illo quē gestare subtus consueuerunt nigro deseruiant: ⁊ prima frōte credentur apud populares eiusdem ordinis ⁊ habitus sine magno scādalo. Pro ista doctrina facit text. in cle. j. de elec. vbi dicit text. cum rationi non cōgruat. vt homines disparis professionis vel habitus simul in eisdem monasterijs sociētur. c. in noua. xvj. q. vij. nec. (vt ibi dꝛ) arabis in boue et asino. et hꝛ originalr̄ Deutero. xxij. i. homines diuerse professionis in vno officio simul non sociabis. Et facit pro premissis text. in. c. deus ꝗ. de vit. ⁊ honest. cleri. vbi habes casum. ꝙ ad euitandū scandalū possunt religiosi diuersi habitus missi ad predicandum de nouo cōuersis / se in vnum superiorem honestum habitum / et ꝓpositū conformare. Ex diuersitate enim habitus (gesti. s. in eodem loco) generari solet sepe scandalum. c. qꝺ deo pari. xxxiij. q. v. Cōformabūt ergo isti in casu nostro. ꝓut dictū est respectu superioris habit⁹: sꝫ inferius seu subtus ferant vestes congruentes sue religioni. vt i casu dicti. c. de⁹ qui. inquit ibi gloss. in verbo professi. Ideo fratres diui Dominici in casu nostro cooperiant ꝓ viribus inferiorem habitum. Et omnes videbuntur nigro colore induti. Nolo tamen dicere ꝙ omnia ista fiant necessitatis. sed videntur mihi satis esse honesta conuenientia tali actu⁹ reformationis fiēde in monasterio vbi deputātur sic ad tēpus ꝗdiu ibi remanent. [1] Et dic. c. deus ꝗ notat

1 Ubicūqꝫ ex cā honesta cōueniunt hoies disparis habit⁹ ⁊ obſuātie si scādalū gñat possunt se cōformare in vnū honestū habitū ⁊ propositum.

pro valde notabi. et singulari. Panor. ibi. no. j. quod ubicumque ex honesta causa conveniunt homines disparis habitus et observantiam scandalum generant aliis ex diversitate: possunt se conformare in unum honestum habitum et propositum. et intelligit ibi Panor. propositum quo ad modum vivendi. [1] ad hoc allegat glo. no. fi. in. d. c. in nova. que dicit quod monachus factus episcopus. vel canonicus regularis non abycit habitum suum: sed retento habitu (scilicet suo proprio quem prius gerebat) desuper ferat habitum. In quo magis conveniat cum iter quos est. allegat. d. c. de quibus. et pondera id quod dicit glo. in. d. c. in nova. dum dicit de scandalo. alias secus. sic intellexit Panor. in. d. c. deus qui not. j. glo. in. c. de monachis. xvj. q. j. et sic intelligas has duas gloss. que videntur contrariari. Hec incidenter. deduxi ob. c. relatum. et c. inter quatuor. s. alleg. propter doctrinam. Philip. dec. in. d. c. ij. de iud. per que iura deduximus quod deficientibus indigenis idoneis vel deficientibus civibus vel habitatoribus certi loci vel certi generis aut domus: vel alias calificatis non repertis qui ex statuto privilegio: vel fundatione: vel de iure requiruntur. Exteri assumi possunt: alias idonei et non suspecti ad regimen ecclesiarum et assecutionem beneficiorum qualificatorum. [2] Cessantibus enim prima fronte viris requisitis: alij (re tamen et vita honesta decorati) ad honores et officia recipiuntur. l. generaliter. §. spurios. ff. de decurio. Ubi habes casum. quod spurij re et vita honesti. Tunc demum eligi possunt in ordine decurionum cum alij legitimi desunt. sic etiam debet intelligi. l. spurij. secundum gl. j. ibi. ff. eo. Videmus etiam quod actus qui ab uno expediri debet: l subsidium et in defectum eius ab alio expediri potest. l. officium. §. sanc. ff. de offi. con. Necessitas enim et carentia virorum requisitorum operatur. ut a regulis iuris vel a fundatione: vel a statuto recedamus. facit. l. j. ff. de fundo dot. iuncta ibi glo. in verbo voluntaria. que dicit quod alias permittitur quid ex necessitate quod non ex voluntate. alleg. l. iij. §. j. et §. iij. ff. de rebus co. Necessitas enim non subijcitur rigori: neque cortici verborum ordinationis aut legis. c. si quis. de fur. iuncto tex. in. c. discipulos. de consecra. dist. v. l. ij. C. de patribus qui fi. dis. hinc dicimus quod necessitas non habet legem. glos. fi. in. d. c. discipulos. per text. c. sicut. de consecra. distin. j. Facit etiam ad predicta id quod sequitur. vides tu quod beneficia vacantia in mensibus graduatorum nominatorum: aut graduatorum simplicium talibus dentur si alia servanda servaverint. ut videbimus deo duce in. c. prefatique ordinarij. in ti. de colla. j. Si tamen collatoribus ordinarijs/aut patronis ecclesiasticis in mensibus deputatis graduatis simplicibus/aut graduatis nominatis non esset graduatus/aut nominatus qui diligentias requisitas fecerit. Collatio seu presentatio per collatorem seu patronum ecclesiasticum in eisdem mensibus facta alteri quam graduato vel nominato/non propter hoc irrita censetur. dicit. c. et si collatoribus. titu. de colla. j. habes ergo ibi tex. quod ubi beneficium deberetur viro decorato et ornato certa qualitate: in defectum potest conferri viro etiam non qualificato. Sic etiam concludo: quod ubi indigene non reperiuntur capaces. Exteris etiam conferri possent beneficia et ecclesie. pro hoc pondera tex. in. d. l. in ecclesijs. ibi cta glo. in verbo. vel vico. C. de epi. et cle. dicit enim ibi tex. In ecclesijs que in possessionibus ut fieri solet diversorum vicis. vel etiam quibuslibet locis sunt constitute: clerici non ex alia possessione vel vico:

1 Monachus factus episcopus vel canonicus regularis an teneatur deferre priorem habitum.

2 Viris idoneis et integris legitimis deficientibus: alij assumi possunt.

vico: sed ex eo vbi ecclesiam esse cōstituerit ordinētur. ita ibi tex. declarat th glo. ibi in dicto verbo vico. Si idonei sint ibi: alias secus. quia tunc de alijs terris possunt ordinari. ar. l. vt gradatim. in principio. ff. de mu. & hono. dicit enim ibi text. Et si lege municipali caueatur vt preferantur in honoribus certe cōditionis homines. at th sciēdum est hoc esse obseruandum si idonei sint: & ita edicto diui Marci cōtinetur. inquit ibi modestinus. & vide ibi glos. in verbo & si lege. Uidemus etiā q vbi act' explicādus est ab illis q de certo sunt corpore & gremio: illis deficientibus explicari potest ab extraneo qui excludi nō debet. l. j. §. fi. ff. & ii extraneus. ff. qd cuiusqȝ vniuersi. nomine. facit text. l. seruum quoqȝ. §. publice vtile est. dū dicit quēuis verba p eo facientē. ff. de pcura. cōiuncta. l. nō tm. ibi verum alij quoqȝ &c. ff. de appel. Non tamen intelligas vt plures ignari. q deficiētibus idoneis et qualificatis certe ecclesie ciuitatis/loci/domus/vel generis/q etiā nō idonei aliūde ad bñficia assumi possint. id em̄ falsum est & erroneum. Nam idoneitas requiritur/maxime ex parte illius cui prouidēdū est de beneficio. c. cū a deo. de rescrip. c. indecorū. c. eaȝ te. de eta. et quali. cum alijs vulgaribus. Ultra em̄ clericatū reqsitū necessario ad bñficia. c. ex literis. de trāsac. c. ij. de insti. & dicto. c. cū a deo. & alia reqsita in beneficiando. reqritur vt illi q in defectum & subsidiū predictoȝ recipiūtur: sint re & vita honesti. sicut prediximus: q vbi legitimi idonei cessant respectu decurionat': sunt spurij re & vita honesti assumendi. secus si re & vita non sunt honesti. d. l. gñaliter. §. spurios. ff. de decu. sic em̄ magistrat' suspectis (puta ob paupertatē nimiā) nec vtile nec honestū est vt mādetur. presertim cum sint alij qui cōuenienter rei & sue fortune & splendori publico possint creari. l. rescripto. vers. Ceterum. ff. de mu. & hono. (& li. presertiȝ. de quo ibi. abūdat. dicit ibi glo. in verbo presertim.) Nam & alias non idonei non eligūtur pp̄ter penuriā idoneoȝ. l. vt gradatim. §. quoties. ff. illo. eo. ti. ita dicit dicta glos. d. l. rescripto. Adde tu. l. honor municipalis. §. si alij. non sunt. ff. eo. vbi iurecōsultus Calistra inquit diuum Adrianū de iterādis muneribus rescripsit in hec verba. Illud cōsentio: vt si alij nō erunt idonei hoc munere fungātur: ex his que iam functi sunt creentur. Igitur est ibi casusqȝ poti' approbatur inter idoneos honorum in eisdem officijs aut magistratib' ptinuatio/q̄ q nō idonei recipiātur. Sic igitur cōcludo q vbi deficiunt ad bñficia reqsiti viri. puta vel indigene aut qualificati alijs (si qualificati nō reperiātur) conferri poterūt: dū tamen sint alias de iure cōi capaces/alias secus. [1] Et ad id quod supra diximus exteros nō assumēdos ceteris paribus: sed indigenas eis debere preferri. propter regis Francie priuilegium & alias rōnes supra positas. facit qd scribitur Deuteronomio. xviij. Prophetam de gēte tua & fratribus tuis sicut me/suscitabit tibi dñs ipsum audies. quem tex. allegat dñs Guiller. bene. in re. c. Raynutius. in verbo & vxo. nomine. Ad le. numero. 144. Adde tu idem scriptū esse. Actuum vij. Unum tamē nota a deo preponendos esse indigenas idoneos ipsis exteris. vt salua conscientia eligentes/aut postulantes collatores siue presentantes non possunt eligere postulare aut presentare exterum ignotum omisso idoneo indigena. Plena enim habēda est promouēdi notitia. & hoc vult tex. in. d. c. bone. le. ij. circa fi.

1 Exteri & incogniti nō possunt indigenis salua consciētia preponi.

dū dicit: qr vero nō plenā de psonis illius regni noticiā habebamus: ideoq nō poteramus salua conscientia eidem ecclesie in alia persona q̄ de regno vngarie origi nem duceret congrue prouidere: nec vellem⁹ et preferre alienū ꝛc. de post. prela. ꝛ ibi Panor. ꝛ Barba. Ponderātes illum tex. in illis verbis salua cōsciētia. Extera em̄ ꝛ incognita persona eligi nō debet. ſm Barba. ibi. numero. 43. p c. fraternitati. de cle. non resi. qui tex. duas patitur lecturas. vt clericus. put clericus in aliqua diocesi nō debeat recipi ad celebrandum sine ppriū epi literis. c. j. ꝗ. et iij. de cle. pere. potest ꝛ secūdo intelligi. d. c. fraternitati. vt nō recipiatur aliene diocesis clericus: vt pmoueatur ad ordines p episcopum nō suū sine cōmēdatitijs literis. de quibus literis habetur in c. primatus. in. c. extraneo. c. hortamur. c. nullum. lxxj. distin. ꝛ sine talibus literis. non debet episcopus clericum exterū recipere nec ordinare nec retinere. vt ibi habetur. ꝛ per totam distin. lxxij. ꝛ vide c. fi. de cle. pere. [1] Et quo ad cōcessionē taliū literarum dimissoriarum suus pprius episcopus dicitur nedum episcopus de cuius diocesi est is qui ad ordines promoueri desiderat oriūdus: seu in cuius diocesi beneficium obtinet ecclesiasticū: seu habet (licet alibi natus fuerit) domiciliū in eadem c. cum nullus. de tempo. ordi. lib. vj. Possunt ꝛ tales litere conferri seu expediri (talibus episcopis in remotis agētibus) ab ipsorum vicarijs generalib⁹ in spiritualibus vel (sede vacante) a capitulo seu ab eo ad quem tūc tēporis administratio spiritualiū noscitur ptinere. licet ab officialibus ipsorū episcopoꝝ (cuꝫ ad hoc se ipsorum officium nō extēdat) nequeant tales litere expediri. per §. inferiores. ꝛ §. episcopo autem. dicti. c.

1 Literas dimissorias quis possit concedere.

2 Uide que dicit cōtra deserentes propriū solum natale.

cū nullus. potest ꝛ intelligi dic. c. fraternitati. de receptione vt videlicet sibi cōferatur beneficium in aliena diocesi ſꝫ Panor. ibi no. §. quod fieri nō debet sine cōmendatitijs literis sui episcopi: nisi p eo aliud mādatum extiterit a sede apostolica (intellige tu cū narratiua q esset de aliena diocesi / seu terra. per glo. fi. c. si proponēte. de rescrip. quam longe ante tetigimus) et ratio est. nam possibile est q in partib⁹ suis iste sit notatus infamia seruitutis: vel depositus / vxoratus / aut irregularitate maculatus vel q̄d simile sibi acciderit: ꝛ ideo vt penā vitaret / aut alia de cā / ad partes exteras ꝛ alienas se trāstulit. optime igit̄ fuit puisum per. d. c. fraternitati. ſm Panor. ibi. vt nō recipiat̄ sine literis proprij episcopi. aut sine iussu pape vt ibi dicitur. ꝛ p hoc Panor. ibi allegat pulchrum tex. Urbani pape. [2] in. c. due sunt. xix. q. ij. vbi ait tex. Decretum est in canonibus clericum nō debere de suo episcopatu ad aliū trāsire sine cōmendatitijs literis sui episcopi. quod pter criminosos cōstitutuꝫ est: ne videlicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur persone. solebāt enim officia sua (cum non poterant in suo episcopatu) in alio celebrare: quod iure preceptis et scriptis detestatum est ꝛc. Et vide glo. in. c. cum deputati. in verbo nationis. de iudic. dū allegat dictū. c. due sunt. Et si contra meipsum Baionēsem oriūdum nō loquar (nec habitatorem tāte vrbis pclarissime Tolosane in qua a trimestre citra nuptias ꝫrari detētus post vxoris amorē prima fronte fauore ꝛ amore tam preclare ꝛ vberrime matris mee venerande vniuersitatis / necnon tanti senatus: vt sol fulgētis) Afferrem me ꝛ vnūquēq desertorem pprie patrie soli natalis impium. per tex. in. l. curial es. iūcta

glo.fi.C.si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.libro.x. ubi ille tex.inquit.Cui causa impios se patriā uitādo demonstrauerint.et dicit ibi glo.notari posse ex illo tex.quod impium est relinquere propriā patriā.Et notāda est illa glo.secundum Jo.de pla.ibi in addentē quod unicuique dulcis esse debet amor patrie.l.qui habebat.ibi. Dulcissime patrie mee.ff.de leg.iii.Adeo ut patrē patriā delentē filius impune occidere possit et ecōtrario et inde mereatur premiari. Marcello iurecōsulto hoc testante dicente. Minime maiores lugēdum putauerunt eum qui ad patriā delēdā:et parētes et liberos interficiendos venerit. quod si filius patrē: aut pater filium occidisset sine scelere:etiā premio afficiēdum oēs cōstituerūt. l.minime.ff.de relig.et sump.fu. Terra enim ex qua quis originem duxit quātūcūque vilis et sterilis est diligēda:nec est negligenda:nec regulariter relinquēda. glo.fi.in l.fi.quā ibi notat et sequitur Joā. de pla.C.de municipibus et orig.li.x.et illā glo.sequitur Jo.de pla.in dicta.l.curiales. Et ideo fauore patrie dicimus regulariter nullum esse rescriptum per quod quis intēdit suā deserere patriā secundum Jo.de pla. in dicta.l.fi.C.de mu.et orig.per illum tex.ubi dicit.vel preces dare tētauerit.[1] Tu quisquis sis ista nota.et potissime Baionēsis Arnade Daymar frater mi carnalis carissime castri noui Baionensis.custos pro rege christianissimo. Ne quid Baionensis. ciuitati(sinistri (quod absit)ab hostibus contingat nec onusque tibi iniūctum pro castri tutela relinquas:sed fideliter ut hactenus te habeas:nec(uti a pluribus fieri assolet variis(in locis) desertor sis pro prii oneris. Nec vos ciues Baionenses desertores precor ciuitatis sitis(nostre inexpugnabilis et fidelis.loca petēdo amena. Idque tangit varios effeminatos curiales et officiales regios. qui in primis cōgressibus loco cōsolationis plebeis dāde variis in urbibus proprias deserūt ciuitates et(dulcissima deserta pro sua republica desolata:loca pro libidine inhiāt ruralia amena et voluptuosa.contra tales scribitur.in d.l.curiales.per hec verba.Curiales oēs iubemus interminatōe moneri ne ciuitates fugiāt aut deserant: rus habitādi cā:fūdum quē ciuitati ptulerit sciētes fisco esse sociādum: eoque rure se cariturosi cuius cā impios se patriā uitādo demonstrauerit.et ille tex.ē contra plurimos sece dētes in villis:et alios qui vidētes ciuitates eorum male tractari. ut si nō opponūt excusentur a vulgo administratiōes officiorum exierūt. Alii cōmercia pagūt:quod si forte in propria origis urbe degūt vocati ad cōsilia lāguores simulāt:et quod ē miserius ex certa scia agētes contumactas multas pstāt.Ad locum aūt curie tracti viriliter et cōpulsi execrabilius operantes/mā de quo cōsilia redeunt plata in medio:silēt pauidi/vix tandē/excitato ex mora fastidio/surgit aliquis vel stolidus habitus et reputatus vel sapiēs ad exēplum qui tūc in harāga seu orone rēpublicā tāgētē deus ex alto videt. Nā ad prauum/libidine concitati ornāt sermones eorum:ut pulueres iaciāt in oculis sapiētum: plures etiam frenum adhibēt ori: manuque mēto submissa/degeneri taciturnitate propriā libertatē(in qua cōsistit decus et splēdor.l.edictimus ubi dicit. Decus natiue libertatis amittas etc.C.de murilegulis.lib.xi.) intermittūt ciuitatē exterminat et edificāt ad gehēnā.ut dicit Lucas de pen.in d.l.curiales. [2]Sed ve talibus reipublice et maxime proprie patrie administratoribus et ceteris apud semetipsos se prudētes existimantes derelicto bono publico. Ue etiā illis qui contra rē publicā et patriā propriā dicūt bonum malum:et malum bonum ponentes tenebras lucem : et lucē tenebras

1 Exhortatio ad suos compatriotas Baionēses:et increpat onus rei publice vitātes:et inique/ frigide/et sumulate erga ea se habētes.

2 Cōtra spernētes et destruētes bonum publicum.

bras: ponētes amarum in dulce: et dulce in amarum. Ue qui sapientes estis in oculis vestris: et coram vobismetipsis prudentes. Esaie quinto. Ue illis q̄ cōsuunt puluillos sub omni cubito manꝰ ⁊ faciūt ceruicalia sub capite vniuerse etatis ad capiēdas ⁊ decipiendas alas (scȝ populi.) Ezechie. xiij. Isti eñ saciati et ex bono publico ingurgitati parū curāt de regimine rei publice. ꝯtra quos dicam. Ue vobis q̄ opulēti estis. Ue etiā vobis q̄ cōuertistis in amaritudinē iudiciuȝ. Amos vj. [1] Formidāt ēt labores ꝓ bono publico capere. sȝ nō spernēdi (ni fallar) sed laudādi sūt gr̄a rei publice sumpti labores. facit qđ ait Tuliꝰ tuba ornatꝰ dicēdi. j. de officijs. Multi trāq̄litatē expetētes a negocijs publicis se remouent atq̄ ad ociū ꝓfugerūt. iter quos ⁊ nobilissimi ph̄i ⁊ q̄dā homines seueri ⁊ graues: nec ppl'i nec principum morē ferre potuerūt. vixerūtq̄ nōnulli i agris: facilior q̄dē ⁊ tutior / ⁊ alijs nimis grauis / aut molesta ociosoꝝ vita. Fructuosior aūt hominū gñi. ⁊ ad claritudinē atq̄ amplitudinē aptior eoꝝ q̄ ad rē publicā et ad res magnas gerēdas se accōmodauerūt. ⁊ ille idē Tullius li. iij. officioꝝ. Magis ē ſm naturā ꝓ olbꝰ rebꝰ (si fieri posset) cōseruandis atq̄ iuuandis: maximos labores / molestiasq̄ suscipere: q̄ȝ viuere in solitudine. nō solū sine vllis molestijs: sȝ etiā i voluptatibus: ⁊ olbꝰ rerū copijs. ⁊ ita refert per hec ꝟba Lucas de pē. in dic. l. curiales. [2] Tutor igit̄ pre co sit vnusq̄sq̄ fidelis ꝓprie p̄rie potiꝰ q̄ȝ exterarū. nec ꝓ patria si decet mori formides: celestenāq̄ assequi inde potēs es ꝑmiū. c. oi timore. xxiij. q. viij. [3] Et ꝓ p̄rie ꝓprie veluti ꝓ ꝑsone sue tuitiōe nullo tp̄e tenet̄ q̄s a ꝑlijs abstinere. c. si nulla. ea. ca. et. q. Et iter

1
Labores ꝓ bono publico: ⁊ patria sūptos extollit.

2
Moriēs ꝓ patria meretur celeste ꝑmiuȝ.

3
Quocunq̄ tēpore preliatū ꝓ tuitione ꝑsone: tuȝ patrie ꝑmittuntur.

4
Cōtra dominos ciuitates regētes ⁊ i illis iurisdictiones exercētes: spernētes clarissimos et notabiles.

nos mortales hoc cōe esse dȝ vt vtȝ erga deū sit religio: ⁊ parētibus ⁊ p̄rie pareamꝰ. l. j. in fi. ꝯiūcta. l. ij. ff. de iust. ⁊ iur. Et naturale q̄ppe ē vt vnusq̄sq̄ natale diligat suū. ⁊ nil dulciꝰ h̄eat p̄ria. dicit hiero. ij. sup hieremiā. vñ patria sūt parētibꝰ parare venenū: ⁊ tyrānidis lire ꝯsiliū. ꝟȝ Quītil. c. li amis i matrē defēsoria. De hac etiā m̄ā tulliꝰ qui ꝓ suo deo rē publicā habuit. satis ponit. viij. sue rhetorice. ⁊ l. ij. q̄ñ oia ꝯmoda bñ ⁊ acurate ac originalr̄ īspiciēdo ⁊ meditādo cuiq̄ ꝯtigūt rōne oriꝰ ⁊ patrie saltē rōne natiuitatꝭ inde subsequte. pꝰ dei auxiliū. Et Symachus li. epl'aꝝ. inemor p̄rie ait patriā alimētoꝝ defectu laborātē / ꝑiculosuȝ ē ihabitare: crudele ⁊ impiū deserere. Nihil eñ hȝ fortuna maius q̄ȝ vt possit. Nec natura melius q̄ȝ vt velit seruare q̄ȝplurimos. dicit Tullius i oratione ꝓ ligario. Et homo sociale animal cōi bono genitꝰ est. dicit Seneca li. de clemētia. Talis eñ gubernatio rei publice fugiēda et vitāda nō est in ciuitatibꝰ vbi quis honoratus est nō repulsus. [4] Sed sancte deꝰ mirandū est de pluribꝰ rei publice gubernatoribꝰ qui vt semidei volūt honorari. Ciues tñ egregios ⁊ honestos spernentes. ꝯ tales est illud oratoris Domicij dicētis. Cur te habeā in principē / cū tu non me habeas i senatorē. c. esto. xcv. di. Et inquit Ualerius li. vj. c. ij. non est mihi phūs cōsul. q̄ nec ego q̄dē senator sum. ⁊ Quintilianꝰ in milite mariano. Expectas vt ille te habeat tribunū / cū tu illū nō putes militem? Bene tamen cōfiteor. qđ q̄ȝ q̄ȝ cōpatriote et indigene sint. vt diximꝰ ꝑferendi exteris sintq̄ diligendi ⁊ defendēdi ⁊ q̄ ꝓ eoꝝ tutela ⁊ patrie defensiōe ab officialibus in ꝓprijs patrijs. ⁊ ciuitatibus est ideo residendū nec res publica deserā=

da nec eius regimẽ.[1] procede=
re nisi tẽpore vniuersalis iniqui=
tatis. Nam cũ populus ipse vel
oppressione tyrannyca/ vel pro=
prio vitio a vis veritatis et insti=
cie decedit: cõsiliaqꝫ administrã=
tium et gubernãtium subsannat
⁊ despicit: abstinendum est. ⁊ tũc
derelictis et postpositis ciuitati=
bus/ tales curiales officiales seu
administratores loca ruralia et
solitaria extra v-bes incolere pos
sent. iuxta illud Hiere. ix. c. dicen=
tis. Quis dabit me in solitudinẽ
diuersorũ viatorum? Et dereliñ=
quam populum meum et recedã
ab eis? Et tunc credo quod con=
silium est tacendi non aũt loquẽ=
di: nec in primo impetu plecten=
di. et bonũ est videri meo vt ad=
ministratores rei publice ante
oculos gerant id quod scribitur.
Amos. v. dicẽtis. Prudẽs in tem=
pore illo tacebit: q: tempus ma=
lum est. Et alibi dicit text. in. c.
quando. xi. q. iij. quando ergo vir
ecclesiasticus ⁊ prudens atqꝫ in=
telligẽs multas impietates in ea
que vocat domus dei esse cogno=
uerit: ⁊ non solũ multas sed etiã
fortes et que opprimere possint
iusticiam ⁊ in tantũ doctorũ ra=
biem processisse: vt accipiãt pre=
cium iudicio: ⁊ omnia pro mune=
ribus faciãt: pauperes deuitent
in portis ⁊ audire cõtemnant. ta=
ceat in illo tẽpore ne det sanctũ
canib⁹ / ⁊ ne mittat margaritas
ante porcos: qui conuersi cõcul=
cent eas: ⁊ imitetur Hieremiam
dicentem. Solus sedebam: quia
amaritudine repletus erã. Expe
dit ergo quãdoqꝫ tacere ⁊ inter=
dum obscandala ciuitatis: cape=
re cõmoda ruris. vnde Theren=
tius in Eunucho. Ex meo ppin=
quo rure hoc capio cõmodi. neqꝫ
agri/ neqꝫ vrbis odiũ me vnq̃ p
cepit. Et ipse Tullius precipuus
rei publice cultor: postq̃ redacta
fuit in tyrãnidem Cesaris. iij. de
officijs sic ait. Nã et a re publica
forensibus officijs/ et armis ini=
rijs ꝓhibiti: ociũ persequimur.
Et ob eam causam(vrbe relicta)
rura peragrãtes sepe soli sumus.
(et subsequitur ibi paulo infra)
Extincto enĩ senatu/ deletisqꝫ iu=
dicijs. quid est quod dignum no=
bis: aut in curia aut i foro agere
possimus? Ita q̃ maxima celebri=
tate atqꝫ in oculis ciuiũ quondã
vixerimus. nũc fugientes cõspe=
ctum sceleratorũ(quibus omnia
redundãt) addimus nos quantũ
licet: et sepe soli sumus. ⁊c. Licet
enĩ ⁊ cõpatriotas indigenas seu
nostrates ac rem publicã pre ce=
teris barbaris ⁊ exteris nationi=
bus diligere teneamur. vbi tamẽ
ob scelerati populi vitã aut sedi=
tionẽ ibi vigentem parum potest
cõsilium administratoris. absti=
nendum fore credo. Nam ⁊ si la=
borat frustra/ ⁊ incurrit odium a
gubernatiõe reipublice cõsilian=
do/ abstinẽdũ est. vt dicit Lucas
de pen. in dic. l. curiales. iuxta il=
lud Salustij. i ꝓlogo Jugurtino.
Frustra aũt niti: et neqꝫ aliud se
fatigãdo q̃ odiũ querere extre=
me dementie est. ⁊c.[2] Iniquus
enĩ populus ac malicia plenus ⁊
si non ꝑ qualibet culpa pro ma=
gna tñ ⁊ ardua immedicabili di=
gnus est vt pastore/ rectore/ seu
administratore bono priuetur. ⁊
ab eo fundit⁹ relinquatur: si po=
pulus correctionẽ honestã ⁊ do=
ctrinam deo ⁊ bono publico gra=
tam vilipendat. et expedit vt ta=
lis bonus gubernator alio se diri
gat vbi possit proficere pro hoc
allego tibi. tex. mẽti tenendum.
in. c. nisi essent viri prouidi. §. pro=
pter maliciã. de renũ. cuius ꝟba
sunt. Propter maliciam aũt ple=
bis cogitur interdũ prelatus ab
ipsius regimine declinare: quã=
do plebs adeo dure ceruicis exi=
stit vt proficere nequeat apud
ipsam: sed ꝓpter eius duriciam

1 Populus seu res pu=
blica ab ad
ministrato
re deserit
ob oppres=
sionẽ tyrã=
nicam vel
corruptos
populi mo
res.

2 Iniquus
popul⁹ an
pastore et
administra
tore merea
tur priuari
⁊ ab eo pos
sit propria
auctorita=
te deseri?

quo magis satagit/ eo magis iusto iudicio deficere permittatur. dicente dn̄o per prophetā. Ezechielē. iij. c. in fi. Linguam tuam adherere faciā palato tuo: et eris mutus nec quasi obiurgās: quia domus exasperans est. Et lectitatur Paulū et Barnabam apostolos dixisse. Actuū. xiij. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repellitis illud et indignos vos iudicatis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Nō tamē gubernator reipublice nec pastor seu prelatus p̄ qualibet culpa gregē debet sibi cōmissum deserere. c. recedite. xxiij. qō. iiij. ne mercenario cōparetur: qui cū videt lupum venientē dimittit oues et fugit. et lupus rapit et dispergit oues. Bonus aūt pastor animā dat pro ouib' suis. Jo. x. c. aduersitas. vij. q. j. et. c. tres psonas. xxiij. q. iiij. c. nisi. §. pp̄ter maliciam. de renū. Jste igit gregis et populi scandalosi et incorrigibilis etiā indigne gubernator/ de superioris licētia: tunc demū pōt regimē non tam timide fugere: q̄3 puide declinare. cū oues conuertuntur in lupos: et cū illi qui debuerāt humiliter obedire iā/ irreuocabiliter cōtradicūt. vt in dicto. c. nisi cū pridē. §. pp̄ter maliciam. Notāter dixi gubernatorem de licētia superioris gubernationē relinquere posse: quia si propria audatia tantū. in crimen incidit lese maiestatis. auc. d' administra. §. si qs aūt administrationē. colla. vij. Jste em̄ translationes et honorū et onerum depositiones sine superioris vel iuris permissionē nō tollerātur. vt per totū ti. de transla. epi. Increpandos etiā dico rectores ciuitatum aut moderatores/ necnon pastores vltra debitū crudeles. qr et si populus seu ei' grex talis sit qui ratiōe forsan proprij sceleris veniat plectēdus: est tn̄ pro tēpore vtiliter tollerandus: qr sanguinē elicit qui nimis emūgit. dicit ibi tex. et glo. ibi. in verbo elicit. allegat. c. denique. iiij. di. vnde versus. Qui nimis emungit/ solet extorquere cruorem. Et violenta facit correctio deteriorē. Sed moderata satis correctio gignit amorē. Et habetur ille versus: in gl. elicit dicti. c. nisi. in noua impressione non in antiqua.[1] Finaliter ideo quisquis sis. indigenas precor dilige et ama bonos: et ceteris parib' eos antepone exteris: et si inter indigenas tibi cōmissos vides aliquos bonos alios iniquos nō deferas bonos propter malos. qr dicit tex in. c. q̄3 magnum. xxiij. q. iiij. nō pp̄ter malos boni sunt deserendi: sed pp̄ter bonos mali tolerandi sunt: nā nō te maculat malus si ei nō consentis: s3 ip̄m redarguis. c. a malis ea. ca. et qō. et vide. c. recedite. ea. ca. et. q. Nec semper p̄ infestatione malorum licet pastori aut gubernatori suum gregem postponere et negligere. c. suggestu3. c. sciscitatus. et. c. aduersitas. §. cum autē. vij. q. j. et vide. c. si. ea. ca. et. q. Alia que in fauorē indigenarum possem latius ad predicta glomerare pretermitto. Unum tamē precor vt (ceteris paribus) quilibet suū pro viribus extollat in officijs/ et beneficijs/ s'm condescentiam et merita personarum compatriotam ac regnicola3 omissis exteris (. Jn hoc em̄ regni et regis est vtilitas vt videre potes ea maxime que p̄ regis interesse dicit super hoc Joan. de selua. q. xxiij. tractat' de bn̄ficio in. ij. parte. folio vltimo. dicte. q. et in fine pe. folij eiusdem. q. versi. et causa iusta.) Jdq3 stimulabit successores ad operandū bonum. et virtutes compensate predecessorūvirtuosorū (p̄ speculo) sequentibus deseruient. iuxta id quod dicit Salustius in prohemio Jugur-

[1] Indigene boni pp̄ter malos non sunt deserendi. non ergo licet cōpatriote aut cōterraneo / cōterraneum spernere/ sicut nec phas est. etiā in aduersis.

tuo per hec verba. Sepe audiui ego. Q. Maximum. P. Scipionē: preterea ciuitatis nostre preclaros viros solitos ita dicere. Quū imagines maiorū intuerētur vehemētissime sibi animū ad virtutem accendi. scz nō ceram illam neq̄ figuram tantā vim in se habere: sed memoria rerū gestarū eam flammā egregijs viris in pectore crescere: neq̄ prius sedari: q̄ virtus eorum famam atq̄ gloriam adequauerit ⁊c. Memorare finaliter ad propositū tex. nostri vltra relata possem quib⁹ in locis reperire possemus discrimina que ante pragmaticā sanctionem vigebāt: nisi ea res longius nos ab incepto traheret. eaq̄ reseruo in cursu ac loco suo dicenda. [1] Unum tamen consulo siue indigenis siue exteris beneficia aut officia concedantur: virtuosi tamen ac docti (veluti iure sanctum est) cunctis asellis et radicitus ignaris preponantur. id erit christianitatis vtilitas/ regnorū fulgor ⁊ decus: et bonorum virorum compensatorū honor et gloria. ac posterorū stimulus ad virtutez imitabunturq̄ indocti doctos: ⁊ pauperes ipos diuites factos: nec formidabūt labores suscipere varios. [2] Agentq̄ q̄ romani agebant: q̄ ab vrbe condita ea tēpestate cepere se quisq̄ magis extollere: magis ingeniū in promptu habere. Jam primum (inter eos) iuuent⁹ simul/ ac belli patiens erat. in castris per laborem. Usu militiā discebant. Magisq̄ in decoris armis: ⁊ militaribus equis. q̄ in scortis atq̄ conuiuijs libidinē habebant. Igitur talib⁹ viris non labor insolitus: nō locus asper: aut arduus erat: non armatus hostis formidolosus. Uirtus oīa domuerat. Sed glorie maximum inter eos certamen erat. Sicq̄ quisq̄ hostē ferire. murū ascēdere: circunspici: dū tale facinus faceret: pperare ea diuitias: ea bonā famā: magnā nobilitatē putabāt. Laudis auidi: pecunie liberales erāt: gloriā ingentē: diuitias honestas volebant. Hec Salustius. i bello Catilinario. Nos eos pcor insequamur. Et nolite existimare maiores nostros rē publicā ex parua: armis magnā fecisse. si ita esset multū pulcherrimam eam haberemus: quippe sociorum atq̄ ciuium preterea armorꝫ atq̄ equorum maior copia nobis quā illis est. Sed alia fuere que illos magnos facere: q̄ nobis nulla sunt. domi industria. foris imperium iustum. animus in consulendo liber: neq̄ delicto neq̄ libidini obnoxius. Pro his habemus luxuriam: auariciam/ publice egestatem/ priuatim opulentiam: laudamus diuitias: sequimur inertiam. Inter bonos ⁊ malos discrimen nullum est: omnia virtutis premia ambitio possidet. Ita dicit Salustius in Catilinario in oratione quam habuit in senatu Mar. P. Cato. Laudādi quippe erāt illo tūc romani quorū natura erat. vt ingeniū nemo sine corpore exercebat: optim⁹ quisq̄ facere q̄ dicere. ⁊ sua ab alijs bene facta laudari: q̄ ipe narrare malebat. Concordia maxima/ minima auaricia erat. ius bonū apud eos nō legibus magis q̄ natura valebat: iurgia: discordias simultates cū hostibus exercebant: ciues cū ciuib⁹ de virtute certabāt: in supplicijs deorum magnifici: domi parci: et in amicos fideles erant. Duabus his artib⁹ audatia in bello; vbi pax euenerat. equitate seq̄ ⁊ rem publicā curabāt. vt etiā describit. Idē Salustius in bello Catilinario. Sint igitur nobis ipsi romani exēplo in premissis. ⁊ put literas et artes bonas ac bonum publicū dilexerunt: sic ⁊ nos faciam⁹. in dei

1 Monet/ literatis et virtuosis beneficia ⁊ officia cōsedenda.

2 Romanorꝫ laus ⁊ modus se regendi qui nobis debent esse exemplo.

Ideo nos animo reputãtes quãta olim (ante illi⁹ pragmatice sanctiõis ꝓmulgationez) indignitas rerum. ac deformitas. In regno nostro patriaq́ delphinali grassaretur: cum videlicet res nummarie (quibus veluti neruis res publica subnixa ē) ea maxime ac precipue ratione exhaurirentur.[a]

1 Exhortatio ad regnicolas.

2 Labor et cura ꝑ nobis regi insunt inesseq́ debent circa nr̄am salutem et vtilitatez.

laudem principaliter. Memores etiaz principẽ: ⁊ bonos ꝑlatos ac alios dominos credo: ⁊ nõ solere obliuisci indigenas lr̄atos. ideo inquit tex. c. cũz ex eo. de elec. li. vj. Volẽtes cupiẽtib⁹ i sciẽtia proficere: vt fructũ in dei ecclesia suo tp̄e afferre valeãt opportunũ vtiliter ꝓuidere ⁊c. [1] Indigene igitur ⁊ nos regnicole: tentem⁹ fructũ aliquez afferre. vt iuste preponi possim⁹ exteris et alienigenis. Et nulla actio vite hũane nostre sine studiosis actionib⁹ exerceat̃. Memores eoꝝ q̃ dixit eloquẽtie pater. M. T. Cicero. officiorum libro. j. Nulla enim vite pars neq́ publicis: neq́ priuatis: neq́ forẽsib⁹: neq́ domesticis in rebus: neq́ si tecũ agas quid: neq́ si cum altero contrahas: vacare officio põt. in eoq́ excolẽdo sita vite est honestas omnis: ⁊ in negligẽdo turpitudo. Sicq́ agendo precor humiliter regẽ christianissimũ suos regnicolas literatos ⁊ virtuosos (vt assolet fieri) gratis dotet officijs. vt officia assequẽtes cõtentẽtur eoꝝ q̃ a fisco largiunt̃: auc. vt iudi. sine quoquo suffra. ℣s. hoc eṫi. col. ij. ne officia vendẽdo mala que in illo auc. describunt̃ vti quandoq́ contingit subditis contingant.

a ¶ Exhaurirentur. quod precauendum est. vt euitentur alia etiam incommoda q̄ ea que. j in tex. immediate sequũt̃ vez ne ex actis regni nũmis q̄q́ in nos facilius (vti q̄q́ contingit) insurgãt hostes. Caute igitur ac more suo solito sapienter. Rex christianissim⁹ de pecunijs a suo regno ⁊ delphinatu nõ euacuãdis ⁊ vt ita dixerim exulcerãdis meditat⁹ est. vitaz nostrã tutando ex quo bona defendit ne perdamus q̃ habem⁹. l. aduocati iuncta gl. vitam. C. de aduo. diuersoꝝ. iudiciorũz. [2] Estq́ regi nostro in ꝯstitutionib⁹ ⁊ remedijs cõdẽdis ꝑ nobis studiũ et labor. iuxta id qđ dicit̃. Et circa leges studiũ ⁊ alia oĩa que a nobis: ideo quotidie cũ labore agunt̃: vt vtilitatẽ nostris subiectis inueniam⁹ auc. dè eccle. ret. ĩmo. alie. in p̄n. colla. v. ipse inq̃ ꝑ oĩb⁹ nostris (ꝓut tenet̃) cogitationẽ cõdignã suscepit. in auc. vt iudi. sine quoquo in prin. coll. ij. oĩa eniz sibi in magna cura sunt. auc. vt hi qui obliga. in p̄n. coll. vj. ip̄e inq̃ est qui pro salute subditoꝝ ⁊ laborare ⁊ cõscribere debet (ꝓut facit) auc. de appella. in prin. col. viij. Regis etiã serenitatis sollicitudo remedijs diuersis inuigilat subiectoꝝ vt bon⁹ imperator. auc. vt diui iussi. subscr. ℞a. in prin. coll. viij. Potestq́ dicere ex quo regni nũmos conseruare intendit. id quod scribitur in auc. vt nulli iudi. circa p̄n. col. ix. Nũc vero perfecte iuuare nostros subiectos studẽtes ⁊c. priuatio enim ⁊ nũmorum euacuatio (clarius non loquamur) miserabilium ⁊ pauperũ subditoꝝ causam quandoq́ prestant (vt experientia docet) propriam etiam

quandoqz relinquendi patriam. Idcqz cognoscens rex christianissimus tueri intendit pauperuz subditorum bona. disponẽs id quod disposuit imperator per hec verba. Ex quo nos deus romanoruz ꝑposuit imperio: omne habem⁹ studium vniuersa agere ad vtilitatem subiectorũ commisse a deo nobis rei publice. Et illa facere que omni difficultate lesiõe: atqz cõtritione priuent: ne occasiõe litiũ ⁊ aliorũ quorundã discedere cogant a propria patria: ⁊ in peregrinis affligi. auc. vt differẽ. iudi. in prin. coll. ix. Et dicit text. in c. imperialis. de ꝓhibi. feu. alie. per Loth. in prin. imperialis beniuolentie ꝓprium esse iudicam⁹ commoda subiectoꝝ inuestigare ⁊ eoꝝ calamitatib⁹ diligẽti cura mederi. Silr reipublice bonũ statũ ac dignitatẽ iperij oib⁹ priuatis cõmodis ꝑponere. ita indt ibi tex. [1] Noui tñ plures varijs in ꝓuincijs ⁊ regnis viros ꝯria agẽtes cõtra regũ ꝓpositũ ⁊ velle. sz caueãt tales a diminutiõe honoris ⁊ officioꝝ ꝑditiõe ⁊ ne eorum officia alijs applicent. qꝛ scribit. Dñs malos male perdet: ⁊ vineã suã locabit alijs agricolis: q̃ reddãt ei fructũ tẽporib⁹ suis. Mat. xxj. sunt tñ plures hoc nõ premeditantes qui interim nature humanã diiudicant hostes. De pauperãtes populũ sepi⁹ vltra modum. Tales credo finaliter assumẽt varijs in regnis redẽptoris nostri Jesu xp̄i (si digni sunt) verba ⁊ dicẽt populis ⁊ gentib⁹ (contra vt dixi ⁊ mentẽ ⁊ velle regũ.) Precipim⁹ vobis ne q̃d tollatis in via nisi virgã tantũ: nõ perã: non panẽ: neqz in zona es: sed calceos scandalijs et ne induamini duabus tunicis. verba erant xp̄i apostolis ꝓlata. Mar. vj. Mat. x. ⁊ Luce. x. Duorũ tyrãnoꝝ plures (hodiernis tẽporib⁹ viri.) haud egent tali ꝑcepto. qui tantũ sunt afflicti tãtoqz merore ꝯtriti totqz supportãt/onera vt vix spũs vitalis eis relinquat. nec virga/nec pera/nec panis/nec zona/nec es nec calcei/nec etiaz vna integra tunica eis relinquat. Rex autem noster xp̄ianissim⁹ sciens q̃d pro sint bona fideliũ subditoꝝ suoꝝ/ eis ꝓ virib⁹ cõseruare intẽdit rẽ nũmariã. vt dicit tex. noster. abũdãtia enim imperij regni seu filij depẽdet a subiectis locupletib⁹. i auc. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cõsiderauim⁹. colla. ij. et dicit ibi gl. in verbo locupletib⁹. q̃ imperator ibi studet vt subiecti sint locupletes. sic etiã facit Rex noster si ad verba ⁊ mentẽ. text. nostri cogites. Subiectis igit est cõsulendũ: ⁊ hijs etiã ex erario publico est succurrendũ. iuxta illud Salustij dictum in Cartilinario. Sepe maiores nr̃i miserti plebis romane: decretis suis inopie ei⁹ opitulati sũt: ac nouissime memoria nr̃a ꝓpter magnitudinẽ eris alieni: volẽtibus oibus bonis argentũ cõi ere solutũ. [2] Et cogitent ꝑcor Reges ac viri auctoritate ⁊ cõsilio ꝑditi ad lat⁹ eoꝝ existẽtes quãta pena sit subditꝫ egere nã scribitur. Melius est mori q̃ȝ indigere. Eccle. xlj. Memento te igit vos magnates pauꝑtatis subditoꝝ in vestra ꝓsperitate. qꝛ scribit. Memẽto pauꝑtatis i tꝑe abundãtie: ⁊ necessitatẽ pauꝑtatis in die diuitiaꝝ ⁊c. Ecclesiastici. xviij. Uos etiã Reges mortales seruate alas vr̃as a consiliarijs iniq̃s: ⁊ potissime a talib⁹ q̃ꝝ res nũmarie vr̃oꝝ regnoꝝ cõfundunt. scribit eñ. A ꝯsiliario malo serua alaz tuã. Ecclesiasti. xxxvij. ⁊ sequit i illo. c. Et cor boni ꝯsilij statue tecũ. Nõ est eñ tibi aliud pl⁹ illo. ⁊c. Uiros ẽt bone vite accercite: plura nãqz preualent eorum consilia. qꝛ scribit. illo eo. c. Ala viri sancti enunciat aliq̃n vera: q̃ȝ septẽ circũspectores sedẽs

1 Diuitie inter manus iniquoruz q̃d operentur: ⁊ taliũ preda sunt pauperes. Et extollit ⁊ adulatur diues cum diuitijs: et spernitur pauper cũ paupertate sua.

2 Priuatus offõ an sit priuat⁹ bñficio? et vide q̃ cõtra luxuriosos sacerdotes dicit.

cum presulibus z antistitibus sacerdotiorum.[a]

tes in excelso ad speculandū. Et nota ad tex. nr̃m ꝙ bonū est vt cō seruent res nummarie ac cetera bona inter regnicolas. idq̄ opatur inter cetera exaltationē vz cordiū principū z subditorum: sit tn̄ nobiscūq̄ semp timor dn̄i. quia scribit. Facultates z ꝟtutes exaltāt cor. z sup hic timor dn̄i. Ecclesiastici. xl. Nota tn̄ ꝙ vltra modū nō sunt diligēde nec ꝯseruāde diuitie q2 scribit. Qui auꝝ diligit non iustificabitur. z subseqnitur. Multi dati sunt in auri casus: et facta est in specie ipsius perditio illoꝝ. Ecclesiastici. xxxj. Bone tn̄ sunt diuitie iuste acq̄site multosq̄ ꝑturiūt effect⁹. Et bona ē substantia cui nō est peccatū in conscientia: z nequissima paupertas in ore impij. Ecclesiastici. xiij. z ex quo hic de rebus nummarijs fit sermo (quibus veluti neruis rei publica subnixa est) que operantur sepius regni conseruationez. [1] Operantur tamen cum inter iniquorum manus proueniunt merā crudelitatē adulationē z plurīū destructionē. Et sunt plures hodierni diuites. īter quos (seclusis pauperibus nō aptis nisi ad eorum predam) verificatur illud quod habetur. Ecclesiastici. xiij. Uenatio leonis onager in heremo: sic z pascua diuitū sunt pauperes. Et sicut abominatio ē sup bo humilitas: sic execratio diuitis pauper. Diues cōmotus confirmatur ab amicis suis: humilis aūt cū ceciderit expelletur a notis. Diuiti recepto multi recuperatores. Locut⁹ est superba (al's superbe) z iustificauerunt illum. Humilis deceptus est insup z arguitur. Locutus est sensate. z nō est ei dat⁹ locus. Diues locutus est z oēs tacuerunt. z verbū illi⁹ vsq̄ ad noctē ꝑducēt. Pauper locutus est: z dicunt. Quis est hic? Et si offenderit subuertent illuz. ita dicit ibi tex. circa finez. Fuge igitur: fuge crede mihi tales diuites iniquos cū coꝝ diuitijs/ totaq̄ eoꝝ frans totaq̄ malicia in eoꝝ cordib⁹ regnat. nec cōmiscētes se eis nisi mestitias z destructiones assequunt ꝯseruatis diuitibus coꝝ diuitijs. Hinc dicitur. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea: z q̄ cōmunicauerit supbo induet supbiā. Pondus sup se tollit q̄ honestiori se cōmunicat. Et ditiori te ne soci⁹ fueris. Quid communicabit cacab⁹ ad olam? quando enim se colluserint confringentur. Diues iniuste egit et fremebit. pauper autem lesus tacebit. Si largitus fueris assumet te: z si non habueris derelinquet te. Si habes cōuiuet tecū: z euacuabit te: z ipse nō dolebit super te. Si necessarius illi fueris supplantabit te: z subridens spē dabit: et confundet te in cibis suis. Donec te exaniat bis z ter: et in nouissimo deridet te. Postea videns derelinquet te: z caput suuz mouebit a te. (z paulo. j. sequit) ne longe sis ab eo: ne eas in obliuionem (et paulo. j. sequitur) ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te. et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Ecclesiastici decimotertio. c. hec moralia incidēter dicta nota.

elec.l.ille a quo.§.tẽpestiuum.ff. ad sen.cõsul.tre.l.nam magistratus.ff.de rece.arb. Nec valeret cõsuetudo vt papa in arduis necessario teneatur requirere minusq sequi consiliũ cardinaliũ: fm Feli.in ru.de constit. post Innocen. in.c.bone.le.ij.de pos.prela.⁊ Panor.in dicto.c.ex gestis.quia essent prescribere contra supremã potestatem pape / contra quam nõ valet aliqua prescriptio.⁊ ita in terminis dicit Panor.in dicto c.ex gestis.de cler.non resi. post Inno.in dicto.c.bone. Quicquid sit dic tu q seruatur ex consuetudine vt ardua expediat papa de cardinalium consilio:⁊ hanc doctrinã firmat glo.in extraua.Uas electionis in verbo cõsilio.de cẽsi.inter communes. que allegat Host.in summa.in titu.de offi.archi.§.q̃ pertinent. vers.potest. Et ista est mera veritas. In pũcto th iuris sequor opiniones hanc scz. ardua posse a papa sine cõsilio cardinalium expediri:⁊ maxime beneficia tangẽtia:circa q̃ plenariã habet dispositionẽ.c.ij.de prebẽ. li.vj. Na ad papam ecclia͡r:personatuũ:dignitatũ:aliorũq bñficiorum ecclesiasticorꝫ plena et libera dispositio ex sue ptãtis plenitudine noscitur pertinere.cle.si duob⁹.in fi.vt li.pen. Ex quo igit in talibus habet papa plenam ⁊ liberã administrationẽ.nõ tenetur alterius consilium requirere [1] Natura enĩ vbi liberã.hoc satis ifert. Ideo dicit Feli.in ru.de consti.q habẽs plenã ⁊ integrã administrationem nõ tenetur alterius consiliũ ruminare:allegat pro hoc dicto solum Bal.in.c.j.q̃ feu.da.pos. Tu pondera pro hoc tex.in cle.dudũ.versi. si vero.cũ glo.in vbo libere.de sepul. Et notata per Panor.in.c.cũ liberum col.fi.de sepul.post Bar.in.l.alio herede.col.mihi.3.ver si.sz ex eo. ff.de ali.⁊ cib.leg.⁊ notata p Panor.in.c.de multa.no.iiij.de preben.⁊ allegata ⁊ deducta.p Philip.deciũ.i.c.reprehẽsibilis . not. ij.de appella. Et ecõtrario non dicitur quis habere liberã facultatem alicuius rei/q̃ sine alterius consensu nõ potest de illa disponere.c.fin.et ibi Panor.not.iij.et Barba.in.v.no.numero.6.de postu.prela. Liberam ergo potestatem habet qs quando potest sine alteri⁹ cõsensu disponere.fm Panor.l dicto.c.fi.no.iij.et hoc vult Panor.in.c.cum in cunctis.§.cum vero.no.fi.de elec.qd not.ad materiam.c.de multa.de preben.cõiuncto.c.lz cõs.illo.co.tit.li.vj.et c.de illis de spon.et matri.⁊.c.j. iuncta glo.in verbo libere.de homi.li.vj.⁊ ad materiam.c.j.de rescri.vbi vide late deducta ⁊ allegata de vbo libere. per Barb.in col.mihi.iiij.incipiendo a.23.numero. Et sic habes in prefato dubio resolutionẽ.q papa cõsueuit ardua(q̃ alio nomine vocãtur cõsistorialia)de cõsilio cardinaliũ expedire:licet sol⁹ de iure possit. qz hz in se celestis et terreni imperij iura.fm glo.in premissis terminis loquentem in.c.fundamenta. vers.decet.in verbo contingeret. de elec.li.vj.per.c.omnes.xxij.di. [2] Nec restringitur nec coartat nec curuat pape potestas. Ideo dicit Fel.in ru.de ↄsti.col.j.q papa nõ vtitur baculo. Allegat beatum Thomaz.in.iiij. sen.di.xiiij. in fi. Et credo q non culpa sua sz vitio impressoris aut correctoris sic iacet saltẽ in meo libro illa allegatio que est falsa. Nã sanctus Tho.in dis.preallegata.nil ad ꝓpositum dicit. Ideo tu allega diuum Tho.in.iiij.sen.di.xxiiij.q.iij.articulo.iij.ad octauũ.q̃ est vers.pape si totius illi⁹.q.rij.⁊ materie. nec sanctus Thomas ibi allegat aliquem tex.nec Feli.in dicta ru. ad hoc ꝓpositũ.ideo allego tex. in.c.j.in fi.de sacr.vnc.⁊ glos.in

2 Pape potestas non coartatur nec curuatur: idõ baculo pastorali nõ vtitur: nisi in ecclesia treuerensi.

De beati marcialis [illegible]

c.turpē illū abusum.in verbo baculo.de spec.in ecclesia non .fac. in prag. sanc.que dicit ꝙ Romanus pōtifex non vtitur baculo pastorali/tū propter hystoriam/tūꝫ ꝑpter mysticam rationē.per dictū.c.j.de sacr.vnct. Hystoria est. quia Marcialis vnus de discipulis beati petri quem posuit dn̄s inter discipulos:quem postea diuus Petrus cū alio ad predicandum in germaniam misit:qui cū iret obijt:reuerso tamen collega ad Petruꝫ.cui ipse petrus sic ait. Accipe baculū ⁊ tāgēs eū.s. Marcialem.dic vt in nomine dn̄i surgat ⁊ predicet:⁊ iuit.⁊.xl.die a tēpore mortis tetigit eū:⁊ resurrexit et predicauit.Et ita sanct⁹ Petrus a se abdicando baculum dedit subditis.ita dicit glos.pe.c.j. de sacr.vnc.Iste aūt collega diui Marcialis(cui vt ꝑdixi baculum porrexat petrus)successu temporis factus est episcop⁹ Treuerensis.Et ideo in diocesi treuerēsi papa baculnm pastoralem portat.⁊ non in alijs ecclesijs/in signum ꝙ non habet coartatā potestatē.qd̄ curuatio baculi significat.⁊ ita dicit diuus Tho.vbi.s̄.Et hanc rationem vltimam ei soli attribuit Feli.l dicta ru.qu[illegible]tū a glo.fi.dicti.c.j.de sacr.vnc.assignat. quaꝫ tacet Feli.in dicta ru.et vide Jo.an.et Hosti.in dicto.c.j.in dictis glo.pe.⁊ fi.Et in ista vltima ratione cōsistit illa mystica ratio.quia baculus pastoralis habet in summitate recuruationē quasi ad trahendum:ꝙ non est necessariū in romano pontifice:qꝛ nullus ab illo diuertere pōt.Nec ecclesia pōt esse nulla.c. pudenda.in fi.xxiiij. q.j.vel qꝛ ꝑ baculum designatur coertio siue castigatio:ea d̄ re pōtifices sūmo pontifice inferiores: a suis superioribus recipiunt baculos:qꝛ ab homine potestatē recipiūt.Roman⁹ vero pōtifex cum a solo deo potestatem recipiat baculo nō vtitur.Et ita inquit glos. fi.dicti.c.j.et ista licet non sint de pane lucrādo/nobis tū deseruierunt ad prefatū ꝑpositum:⁊ non erit semper q̄stio nummorum in quibus auari curiales et practici ponunt eoruꝫ summū bonū:quibus displicuit et indies displicet cum q̄d legunt qd̄ non tendat ad bursarum repletionem. Ideo talibus latrātibus spretis.incidenter de hoc pastorali baculo dic ꝙ illo aut velato capite faciē ad altare dei conuertēdo ⁊ orando ep̄s nullus vti dꝫ.c.null⁹.le.iij.de cōsecr.di.j.sed vt q̄sꝙ videt eo missam celebrante et dum in ei⁹ presentia epistola ⁊ euangelium decantatur vt plurimum munitur mitra et baculo.⁊ nōnulli aut pōpa aut gloria humana superflua repleti baculo nō vtuntur ꝑprijs manib⁹:sꝫ assistentes tꝑalib⁹ episcopis baculos añ dominos suos deferunt.[1]Quereres que ē ratio ꝙ episcopus q̄nꝙ missam celebrans/orās/aut predicans deponit mitram et baculum ⁊ q̄nꝙ reassumit.Dic ꝙ hec est ratio . qꝛ episcopus est mediat or inter deū et populū.Et ideo q̄nꝙ agit cām populi apud deū:q̄nꝙ vero causam dei apud populum. Causam vero populi apud deū agit precibus ⁊ orationibus.Causam vero dei apud populū agit minis ⁊ terroribus.Et ideo cū orat aut sacrificat causam populi agens apud deum:vt omni remota defensiōe ⁊ excusatione peccati humilitatē in conspectu altissimi dei ostēdat deponit insignia ⁊ indicia altitudinis ⁊ comminationis seu defensionis.s.mitram ⁊ baculū. Quando vero predicat:cū tunc causam dei agat ad populuꝫ. Ideo vt eū vidētes ⁊ audiētes timeāt ⁊ exaudiant dei mandata q̄ proponit sumit tunc insignia altitudinis ⁊ cōminationis.s.baculum pastoralē et mitram. Hāc rationē assignat

1 Cur ep̄us missam celebrās aut predicans q̄nꝙ mitrā ⁊ baculum pastoralez deponit: ⁊ q̄nꝙ reassumit.

Jo.de turre cre.in dict.c.nullus. Et tu p sua ratione pondera tex. iuncta glo.fi.in.c.disciplina.xlv. dist. Et mitram deportantem vi: di episcopum predicantem in cō: spectu & presentia summi ponti: ficis moderni Clemētis septimi et totius collegij reuerendissimo rum dominorum fratrum suorū cardinaliū in vrbe Romana in ca pella pape sixti.[1]Et de baculo pastorali ponūtur hec verba per glos.pe.dicti.c.j.de sacr.vnc.post Uin.In baculi forma presul dat hec tibi norma. Attrahe p primū medio rege: punge per imū. At: trahe peccantes: rege iustos: psi: ge vagātes. Attrahe: sustēta: sti: mula: vaga: morbida: lēta. Et vti nam hoc onus eis iniunctū pre: meditarent pōposi plures hodier ni pontifices in curijs principum et pōpis reprehensibilibus & dā: natis bona crucifixi redemptoris nostri Jesu xpi & pauperum tur: piter & scandalose consumentes. [2]Et vtinam tales illo zelo amo ris arderēt p populo & grege eis commisso quo mouebatur Moy: ses.de quo scribitur q intus arsit igne amoris. Foris accensus est zelo seueritatis: tanta fuit in eo pietas vt se pro illis corā dño mor ti se offerre non dubitaret: tanta fuit eius seueritas: vt eos quos diuinit' feriri timuerat ipse(indi cegladio)feriret. Sic amauit eos qb' pfuit: vt pro eis nec sibi pce: ret. Et tñ delinquentes sic psecu: tus est quos amauit: vt eos etiā dño parcente psterneret. Utrobi q legatus fortis. Utrobiq adui rabilis mediator. Causaꝫ populi apud deum precibus. Causaꝫ dei apud populuꝫ gladijs allegauit. intus amans/diuine ire supplicā do obstitit. Foris seuiens culpaꝫ feriendo consumpsit. In regimi: ne ergo vtrūq moyses miscuit vt nec discipline deesset misericor: dia/nec misericordie disciplina.

1 Uersus baculi pastoralis.

2 zeli necessariū platis p grege descriptio.

3 Infeudare & alienare bona ecclesie an possit papa sine cōsilio & cōsensu cardinalium?

4 Delictū in magnis cō stitutorum dignitati: bus vt grauius/ magis punit.

vt dicit.c.disciplina.xlv.dist. Quis enim vsq inter vos baculos vten tes pastorali pro grege vobis cō misso vtetur tali amoris zelo quo vsus est ipse moyses: q obicē se p grege seu populo ad impetū dei irascentis opponens ait. Aut di: mitte eis hanc noxaꝫ.aut si nō fa cis.dele me de libro tuo quē scri: psisti.psēcmus ergo qbus viscerī bus eundeꝫ populū amauit: pro cuius vita de libro vite quem scri psērat dñs deleri se petijt. Exodi. xxxij.et in palle.c.disciplina. Ad rem redeo. Uides hic papā pce: dere de fratrum suorum consilio quo ad hec concorda. Et diximꝰ q ad hoc non necessitabatur sed de honestate de cardinaliū & vna nimi eorum consensu hic proces: sit.[3]Et ideo dum Bal.in.l.cum multa.C.de bo.q lib.dixit.q in p ciosis in feudationibus magna p ciuitatum dꝫ papa pcedere cum cardinalium cōsensu: qr ipsi sunt seu faciunt cōcilium vniuersale. allegat Archi.in.c.cū redēptor. xij.q.ij.vbi ait fm vnā opinioneꝫ papam non posse alienare reꝫ ec clesie(.s.romāe)sine cardinalium consensu. Alij tñ tenent contra q pape attribuunt plenissimam po testatē sine cardinalib' pter arti culos fidei fm Lau. Archi. & Do minicū ge.in dicto.c.cum redem ptor.transeūtes cum hac vltima opinione.et hāc parteꝫ tene.quā etiam sequitur hug.Car.alexā. et Jo.de turre cre.in dicto.c.cum redemptor/concludentes q Pa: pa solus posset alienare si vellet & esset rata seu valida talis alie: natio lꝫ omnes cardinales discē: tirent.facit.c.cūcta per munduꝫ. ix.q.iij.qr pape soli ē data guber natio et dispēsatio ecclesie roma ne fm Car. Alexan.et Jo.de tur: re cre.in dicto.c.cū redemptor.p c.in noie dñi.xxiij.di.[4]Caueat tamen papa ne absq causa taleꝫ alienationem faciat: quia graui:

ter peccaret ſm Car. Alexan. ibi. quem vide in. c. non liceat. et ibi notata. p Jo. de turre cre. xij. q. ij. cuius peccatũ eſſet grauius q̃ in alijs: hoc recte cognouit hilari⁹ papa dum inquit. q maiori reatu delinq̃t qui potiori honore fruitur: et grauiora facit vitia peccatorum ſublimitas peccantium. c. nulli fas. xxv. q. j. merito dicebat Jo. chryſoſtomus. Et habetur in c. homo xp̃ianus. xl. di. p hec verba. ſ. homo xp̃ianus fortiter cadit in peccatum ppter duas cauſas: aut ppter magnitudinez peccati: aut ppter altitudinẽ dignitatis. Ubi vide notata per Archi. Do. ge. Car. Alexã. et Jo. de turre cre. et notata per Feli. in. c. mulieres. de ſen. excõ. et perpulchre ac eleganter Feli. in. c. cũ quidaz de iureiur. facit cle. ij. §. dignitatẽ cũ ibi alle. et no. p Car. de vit. et ho. cle. et vide. c. ſi papa. xlj. di. [1] Puniet / puniet pfecto et punit indices maiores delinquẽtes cum minoribus ipſe deus. Exẽpluz habemus / exẽplũq habẽt et ipi maiores delinquẽtes ſi recte intuantur q̃d primo parẽti delinquẽti fecit de⁹. de quo ſic ſcribitur. Adaz prim⁹ homo p peccato de paradiſo eiect⁹ eſt. hoc eſt qz dei nobilitatem a ſe deiecit: nobilitate loci priuatus eſt. c. adã. xlj. di. de cui⁹ eiectione ſcribitur Gene. iij. c. Cogitemus ergo nos minimi ſtatu ſummi tñ peccatores / cũ maioribus ſublimatis viris delinquentibus / an de⁹ nobis et eis faciliter impartietur veniam: q̃ non pepercit primo parẽti nec angelis. De quibus ſic ſcribitur. Quid eñ paradiſo iocundius? quid celo ſecurius? Et tñ homo ex paradiſo: et angelus de celo peccando cecidit. c. q̃libet. xlj. di. Predicta ſufficiant maxime dum de pape facto agitur. Qui vtrũ de fratrum cõſilio et aſſenſu vt hic pceſſit / neceſſitaretur pcedere ſatis. S. tetigim⁹.

[2] Sed quid dices reſpectu regis neceſſitatur ne vt in arduis et regnum deſtruentibus de cõſilio et aſſenſu maiorum ſeu principum regni pcedat? Car. in ꝯſi. cxxxvij. incipiente ad quẽdam in carcere. (quod cõſilium vide quia totum pulchrũ et tale qd in facti cõtingẽtia ſeruire poſſet an valeat pmiſſio et obligatio captiuati regis iuramento interpoſito vel non) decidit q ſic. [3] allegat Jn. i. c. quãto. de iureiur. vbi Bal. in princ. dicit aliqua notanda verba et inter cetera q vbi cõſtitutio regis tangit populũ dz requiri populi conſenſus. Et hoc innuit ille tex. dũz ſic ait. Jrrequiſito aſſenſu populi. et illũ tex. ad hoc etiã notat Panor. no. iiij. poſt Jo. an. ibi. dic tñ q aſſenſum populi tenet̃ redre rex ipſe et exploret voluntatez populi: ſed non tenetur eaz ſequi ſi ſibi non videtur ſm Bal. in dicto. c. quãto. col. j. alle. in ar. l. deprecatio. ff. ad le. ro. de iac. Et ſi contingat regem velle de conſilio populi ſui pcedere / attento q eius populus eſt valde magn⁹ et vt ita dixerim quaſi innumerabilis: in talibus arduis tractandis et decidẽdis vocabit (vti fieri ſolet) q̃ſdã principaliores decuriones ciuitatum cũ quibus deliberabit ſecundũ Bal. in dicto. c. quãto. allegat in ar. §. interim. in auẽ. de deſen. ciui. colla. iij. vel eliget viros prudẽtiores q̃ noie ciuitatũ interſint ſm Bal. in dicto. c. quãto. ar. l. nulli. ff. qd cuiuſq vni. no. et. l. nouarchorum. C. de nauicu. et naual. li. xj. Et vbi aliquid agendũ eſſet cũ cõſilio et conſenſu alicuius puincie. lz tunc requirendum veniat conſilium ad conſenſus capitanei prouincie: non tñ ſingularum perſonarum prouincie. ſm Joan. de imol. in. c. ſi. col. j. per illum text. de maio. et obed. et iſtud eſt contra plures ciues et puinciales diuerſarum ciuitatum et prouincia-

1 Punit de⁹ maiores cũ minoribus q̃ angelis nec primo parenti pepercit.

2 Rex q̃ſquis ſit an neceſſitet in arduis procedere de principalium et maiorũ regni ꝯſilio.

3 Forma pcedendi q̃ ſtatus ciuitatũ aut prouinciarũ a rege p conſilio iubet cõgregari.

1
Rex in coronatione iurat regni iura & honorē cōseruare.

2
Rex capere dꝫ consiliū ꝓ re publica sicut pater pro filijs.

3
Rex iniquꝰ deū nō hn̄s pre oculis: populi timēs scādalū dr tyrannus.

4
Ratiōe nationis ꝑsumit̄ qs qn̄ꝙ malus.

5
Eps an in arduis ꝓcedere teneat̄ de fratrū suorū consilio: et priꝰ declarat qui sint eiꝰ fratres.

rum dum aiunt vnumquemꝙ virum in talibus arduis vocanduꝫ fore: consiliūꝙ ac cōsensus vniuscuiusꝙ spectari debere: quod mihi nusquam placuit. Multitudo enim numerosa & effrenata nihil habet honestum. auť. de refe. ꝟſ. volumus. col. ij. Effrenata enim multitudo iure rehcitur. c. cū in multis. cum iuribus ibi alleg. in gloſſ. in verbo multis de refer. li. vj. Ad vnū autem ciuitates ac ꝓuincie aduertant: ꝙ siue plures aut pauci in talibus sufficiāt. virtuosos tn̄ deputent viros non gerentes sua: sed bonū publicum ꝓsequentes. Uitāꝙ propriaꝫ si decet ꝓ precibus indigentiuꝫ exponentes: faciētꝙ talr qđ a iure ordinatur sic dicente. Lex eīm multitudinem expellit: introducit vero virtutem: q̄ non in multis apparet: et precipue in viris. Procedat quidē ex partibus bonis: suā autem vitā constituentes tam in petitionibus indigentium: q̄ȝ ad nostrū in eos auxiliū. §. fi. in auť. de refer. colla. ij. [1] Et cum taliū consilio vtinaꝫ quisꝙ rex (qui in eius coronatiōe iurat regni iura et honorem cōseruare. c. intellecto. et ibi Bal. col. in hi. ij. de iure iur.) procederet. [2] Rex enim capere dꝫ consilium pro re publica sicut pater pro filijs. vt dicit Bal. in dicto. c. intellecto. no. ij. Et rex debet esse regni sui tutor non aūt depopulator nec dilapidator: in qt. ibi Bal. in prealle. c. intellecto in prin. nec scandalosus eius populo. vt in dicto. c. quāto. [3] Ubi dicit Bal. col. j. ꝙ malus rex q̄ nō timet scandalum populi nec deū habet pre oculis dr tyrannus. Et si contingat ciuitates aut prouincias mittere apud regeꝫ legatos pro eius consilio et ciuitatū & ꝓuinciarum vtilitate: tales vt prediximus eligāt viros. Examinato etiam eorūꝫ loco originis & nationis vt vitetur suspitio. [4] Ratione namꝙ nationis presumitur qn̄ꝙ quis bonus vel malus. glos. in prealle. §. fi. in verbo. ex partibus. de referen. per. l. quod si nolit. §. qui mācipia. ff. de edi. edic. Zelatores igitur boni vniuersalis mittantur / pape exemplo tales eligentis viros. in. c. ad apostolice circa princ. dum dicit. qui salutem zelabātur. &c. de re. iud. li. vj. Graciꝙ regi potissime irato aut eius commissario feroci maxime arduis in negocijs destinentur: quia cum is displicet qui ad intercedēdum mittitur: irati animus proculdubio ad deteriora ꝓuocatur. c. in grauibus. iij. q. vij. & in. c. j. xlix. dist. predicta nota. [5] Ille etiam cuius animus non cōquiscit quereret vlterius an eps in arduis procedere teneatur de fratrū suorū consilio: anteꝙ̄ huic quesito respondeamus videamꝰ qui sint eius fratres. Dic ꝙ canonici eius ecclie. qr ipsi cum episcopo vnū corpus faciunt. Cuius caput est eps: canonici autem sunt membra illius corporis. c. nouit. et ibi Panor. et Jo. de imol. in. j. no. de his q̄ fi. a prela. sine cōsen. cap. Pro hoc facit tex. menti tenēdus. in. c. cū clerici. de verbo. sig. vbi est casus expressus ꝙ tāta est coniunctio inter epm̄ et capitulū seu canonicos eius ecclesie quod etiam in obedientia prestāda faciunt vnum corpus. et ex iuramēto epo et eius ecclesie a clerico ꝑstito obligatur ipse sic iurans episcopo vt capiti principaliter & ecclesie & eius capitulo seu canonicis tanꝙ̄ membris. c. cū clerici. et ibi hoc ex illo text. notat Panor. no. ij. & ibi glo. pe. Et ideo dicitur ꝙ licet inter epm̄ et ecclesiam inferiorem & q̄libet alia loca pia sit communio: nō tn̄ tanta sicut inter epm̄ et ecclesiam cathedralem. c. req̄sisti. versic. secus. de testa. vbi vide notata per Panor. no. viij. & ibi Jo. de imol. col. iiij. nūero. 19.

et ibi Barba.col.mihi.26.nume=
ro.31.Intellige tñ ꝙ episcopus ⁊
canonici ecclesie cathedralis fa=
ciunt vnum corpus/non tñ veruȝ
sed fictum et representatũ in sin=
gulis de corpore vt declarat Pa=
nor.in dicto.c.nouit.no.j.⁊ facit
l.mortuo.ff.de fideiusso.⁊.l.intan
tum.§.vniuersitatis.ff.de rer.di=
ui.⁊.c.romana.§.in vniuersitateȝ
de sen.excõ.li.vj.ſm Jo.de imol.
in dicto.c.nouit.no.j.⁊ trahe ista
ad questionem de qua ibi ꝑ Pa=
nor.et Jo.de imol.no.j.[5]Et ca=
nonici ecclesie cathedralis dicun
tur fratres episcopi:sicut cardina
les dicuntur fratres pape.secun=
dum Panor.in dicto.c.nouit.no.
ij.et dic vltra ꝙ omnes clerici pos
sent dici fratres epi.[2]Ideo epi
scopus eis scribens non dȝ eos
appellare filios sed fratres vel
socios.ipsi tamen canonici et ce=
teri clerici epo scribentes debent
eũ honorare et appellare patrẽ.
gloss.j.in.c.esto subiectus.iuncto
tex.xcv.di.quam sequitur Panor.
in dicto.c.nouit.no.ij.et Barba.
in trac.de presten.cardi.j.q.Bal.
j.partis col.mihi.xvj.et Panor.
in.c.quam graui.in fin.de cri.fal.
Panor.in.c.ad nostram.no.ij.de
appella.et de hoc per Panor.in
c.grauẽ.no.j.de exces.prela.⁊ vi=
de gloss.in.c.cauendum.in verbo
socios.x.q.iij.cum iuribus per eã
allegatis.[3] His igitur premis=
sis.Respondeo superiori quesito
quo querebat.An epus in arduis
procedere teneatur de fratrũ suo
rum ꝓprie dictorum.s.canonico=
rum sue ecclesie cathedralis con
silio:ex quo faciunt simul cuȝ eo
vnum corpus:cuius vt predixi ca=
put est ipse epus:canonici aũt talis
corporis membra sunt.c.nouit.ꝫ.
alle.Inno.in.c.j.de proc.inqt ꝓla
tũ agere non posse in arduis abs=
ꝗ consilio capituli:idem inquit
Inno.in.c.cãm q̃.le.j.de iudic.et
ibi Phi.decius.col.ij.versi.expe=
ditis.ait allegando Inno.et Pa=
nor.ibi.et Lapp.allegatiõe.xlix.
col.fi.et Ange.in.l.fi.ff.quod cu=
iusꝗ vniuers.et Ludo.Ro.in con
silio.369.col.iij.vers.tertia est ra
tio.numero.21.ꝙ licet bona sint
diuisa inter prelatum ⁊ capitulũ
tñ negotia grauia;vnus sine alte
ro expedire nõ potest.et vide ali=
qua pulchra verba ad hoc appli
cabilia.Feli.in dicto.c.cam que.
col.mihi.ij.vs.vbi materia.⁊ di=
cit Feli.in dicto.c.cãm que.col.ij.
vers.sed ꝙ non reqratur.Qd vbi
casus est multũ arduus tunc req
ritur cõsensus capituli.si vero nõ
est multum arduus tunc sufficit
cõsilium.⁊ dicit ibi Feli.ꝙ in bo=
nis diuisis lȝ casus sit arduus nõ
requiritur cõsensus(intellige ca=
pituli)si epus solus velit eũ expe=
dire si casus est sepatus et eũ so=
lũ tãgẽs:et idem dic si solũ capi=
tulum/illuȝ casum velit expedire
et casus capitulum soluȝ tangat:
qȝ capitulũ sine consensu prelati
talẽ casum posset expedire:⁊ suf=
ficeret in tali casu consilium reci=
procum.vbi vero bona essent com
munia et expediẽdus esset casus
arduus:tunc requiritur cõsensus
sic intelligas Feli.in loco ꝓxime
alle.vbi hoc dicit licet nõ verbis
formalibus.⁊ hoc idẽ dicit Feli.in
c.edoceri.col.mihi.3.versi.ãplia
ẽt de rescr.allegat Inno.⁊ Pãor.
i dicto.c.cãm q̃.et vide notata ꝑ
Fel.in dicto.c.edoceri.col.iij.in=
cipiẽdo a vers.prima declaratio.
⁊ vide ibi notata per Barba.col.
ij.versi.13.Ubi dicit post Panor.
ibi.et Inno.i.c.fi.de maio.⁊ obe.
ꝙ licet solus rector vniuersitatis
possit procurãre ⁊ promouere ne=
gotia totius vniuersitatis imo ex
officio sibi iniuncto ad hoc tene=
tur.Pro quo facit tex.in dicto.c.
edoceri.⁊.c.cũ dilecta.de rescrip.
et facit.c.nullã.xviij.q.ij.hoc ve=
rum nisi negotia essent ardua.ait
Barba.in dicto.c.edoceri.col.ij.

1
Canonici ecclesie cathedralis dicũt fres epi.

2
Eps clericis scribẽs non dȝ eos appellare filios sed fres:⁊ ipsi eũ patreȝ.

3
Rñdet premisso q̃sito quo q̃rebatur an eps teneat de fratrũ suorũ consilio procedere.

numero.13. Et illeipse Barba.in eodem.c. edoceri.col. mihi.v.vs. addi te.in numero.32. et facit fm eūdem ibi tex. sing.in.c.per venerabilem.§.rōnibus(al's solet allegari pro vers.)qui fi.sint legi.et vide Jo. de imol. in.d.c.edoceri.in j.gloss.et ibi Philip.dec.col.pe.in iij.q.versi.et predicta cōclusio limitatur. Et si queras q̄ causa dicatur magna? vide Bar. in.l.admonendi.col.pe.versi.sed est aduertēdum.ff.de iuretur. [1] Et si queras in terminis nostris q̄ causa dicatur ardua. Respōdeo post Feli.in.d.c.cām q̄. col.ij. vers.sed q nō requiratur etc. q statur arbitrio.allegat solum Innocē.in.d.c. edoceri.in fi.tu adde idez dixisse Joā.de imo.in dicto.c.edoceri.in j.glo.vbi dicit hoc relinquēdum arbitrio iudicis. Et ita dicit Anto.de butr.col.iij.vers.aut p aliis tacitus ibi a Joā.de imol.et vide Car.in.c.j.col.iij. versi.ij.quero. de proc. et Petr.de ancha.in.c.ad hec.no.iiij.post Jo.an.de offi.archi. [2] Et ad predicta nota.q solo iure attento cōi cessante iure speciali prelatus sine consilio capituli instituere vel destituere/ vel alia negotia ecclesie tractare nō dz.c.nouit.de his q̄ fi. a prela. vbi vide Panor.no.pe.et ibi anteriores et moderniores scribentes. Dic tu tamē de hoc vt habetur.c. cum ex iniuncto.in fin.iuncta doctrina Panor.not.fi.cū allegatis ibi per eū.de here. Sic etiā dicas q tā in electionibus q̄ in electionum confirmationibus dz eps requirere cōsilium capituli.c.quāto.illo co.ti.et ibi Panor.not.j.ex hoc inferens q cōfirmatio electionū seu libera collatio pertinet pn cipaliter ad epm/lz debeat habere consilium capituli.qd intellige in dubio in beneficiis et dignitatibus sitis extra ecclesiam cathedralem.quo ad beneficia vero ecclesie cathedralis: dic.vt plene p eūdem Panor.in.c.cum ecclesia vulterana.in expeditione.ij.glo. ad quem et latiora eius scripta circa premissa beneficia existētia tā in ecclesia cathedrali q̄ extra cāme remitto: cuius doctrinam deo suffragāte in voce tibi examinabo. Si tamē formides circa premissa.s. nūquid indifferenter teneatur prelatus requirere cōsiliū sui capituli? recurre ad notata p Panor. in.d.c.nouit.no.vlti.versi. sed quero.et in quibus requirat consensus capituli. vide ibi Panor.vers.Ulterius queritur. Aduerte tñ aduerte q dici solet: corruere gesta per epm regulariter sine cōsilio capituli.p.c.nouit. preallег. valeret tamē cōsuetudo p quam episcopus solus iurisdictionalia exerceret sine ɔsilio capituli.c.nō est.de cōsue.lib.vj.et ad hoc illum tex.pro pulchro et singulari allegat Panor. in dicto.c.nouit. not. vlt. [3] Finaliter pro cōsummatione huius glo. Ex quo hoc in text. de cōsilio fit sermo. Nota tria esse cōcilia/quia quoddā dicitur generale/quoddā pūinciale/quoddam synodale/quod vt in ista eadem glo.dixi iura allegādo quādoq etiā synodale capitur p generali cōcilio. Et generali preest papa/sine cuius autoritate regulariter cōcilium illud nō pōt congregari al's est nullum.c.synodū. c.regula.xvij.dist.c.nec licuit.ea. dist.al's nō est cōcilium sed cōuēticulum/vel cōciliabulum.c.multis.ea.dist.quia representat totā ecclesiam vniuersalem. Conciliū autem prouinciale dicitur/quia representat ecclesiam prouincie. Et in hoc interesse debēt episcopi prouincie. Tertiū est cōciliū episcopi quod dicitur synodale/et in hoc cōueniūt omnes clerici diocesis.c.decernimus.xviij.distinc. fm Panor.in.c.graue. in fine.de prebē. Et de istis vltimis duobus cōciliis.vide per totam dist.xviij. Et qui.

1 Causa ardua que dicatur.

2 Eps de iure an solus possit instituere et destituere.

3 Tria sunt ɔcilia.s. generale: prouinciale: et synodale.

et vnanimi consensu ex certa nostra scientia[a] et

Et qui teneãtur itereſſe iſtis duobus vltimis cõcilijs. ⁊ quã poteſtatẽ habeãt: vnde Inno. in. d. c. graue. ⁊ qui teneant ire ad ſynodum epalem. vide. c. qd ſup his. ⁊ ibi Panor. not. j. de maior. ⁊ obe. ⁊ ibi Jo. de imol. eo. not. ⁊ Feli. in prin. illius. c. qd ſup his. poſt Do mi. ge. in. c. eps. xviij. diſt. Et ibi vi de Card. Alexã. an regulares teneant ire ad cõcilium ſynodale. Et de hoc ⁊ qd de mẽdicãtib⁹ vide Feli. in. d. c. qd ſup his. col. j.

a ¶ Sciẽtia. [1] Sepius heſitari ſolet quãdo dicat cõſtare papã ſcribere ex certa ſciẽtia. ideo vide glo. fi. in cle. ij. de reſcrip. que ſingulariter inquit quãdo illa exprimitur ⁊ alis nõ preſumitur papam ex certa ſciẽtia ſcripſiſſe. facit pro illa glo. in ſimili text. in. c. ſi motu proprio. in fi. de preben. lib. vj. dũ dicit q motu pprio tunc ſolũ gratia fieri cenſetur: cũ hoc expreſſe cautũ fuerit in eadem. ⁊ vide notata ibi per gl. in verbo expreſſe. et ibi per ſcribẽtes ⁊ maxime per Do. ge. ⁊ Philip. fran. ⁊ iſta poſſent trahi ad queſtionẽ primam. de qua per Oldra. in cõſilio. 325. incipiẽte. Thema queſtionis eſt tale. ⁊ ad materiam. l. quidam cõ cõſulebat. ff. de re iudi. de qua ibi per Alexã. de imol. ⁊ per Oldra. in dicto cõſilio. in fi. [2] Et qui dicit papã ſcripſiſſe pro aliquo vel ſecum diſpẽſaſſe ex certa ſcientia. dz hoc probare altero de duobus modis. ſ. q in literis pape fiat ſpecialis mentio de facto ſuper quo vel contra quod diſpenſatur. puta de minori etate prouiſi aut diſpenſati. Aut q facta mentione de etate vel diſpẽſatione prouiſi vel diſpẽſati papa expreſſe dicat. ex certa ſcientia diſpẽſamus. ſm Oldra. in cõſilio. 32 ⁊: incipiente ad idem ⁊c. col. penul. verſi. Item articuli. ad quid tamẽ tẽdat iſta conſilia Oldra. vide Feli. in. c. cũ inter. col. mihi. iij. verſi. cõſidera. de excep. Et tu qui ſepe eges obiectibus iuris contra prouiſiones apoſtolicas ⁊ diſpenſationes in fauorem minoꝝ emanatas: recurre ad notata per Oldra. in conſilio. 325. cum duobus ibi ꝓximis ſuis conſilijs ſequentibus. Et ecõtrario pro tuitione minorum ad beneficia inhabiliũ ſine diſpenſatione a papa tamen prouiſoꝝ aut diſpẽſatoꝝ: vide notata p Oldra. in conſilio. 329. incipiente has allegationes ⁊c. verſi. et ſuper primo puncto. proſequẽdo in eo contenta vſq; ad verſi. ſuper ſecundo puncto. Et q tũc tm̃ papa videat ſcribere ex certa ſcientia. vbi hoc exprimit. tenet Gaſpar. de cal. in conſilio. 8. incipiente. an exiſtens in etate ⁊c. verſi. item queritur. in ti. de reſcrip. alleg. c. paſtoralis. §. preterea. de offi. dele. ⁊. c. nõ põt. de preben. Tu autem illum. §. preterea. non ponderes ad hoc probandum de per ſe ſed bene inducendo cũ ſua gloſ. in verbo ex certa ſcientia. quam tamẽ infra reaſſumam. reſpectu autẽ dicti. c. non poteſt. dic q ibi non ponitur clauſula ex certa ſciẽtia. ſolum igitur inducas. §. cum vero. ⁊ cum verſi. hoc enim dicti. c. non poteſt. in argu. vna cũ dicto. c. ſi motu pprio. in ver. motu. ⁊ facit etiam in arg. c. cum aliquibus. in fi. de reſcrip. lib. vj. ⁊ facit. c. duobus. in fin. illo eo. ti. ⁊ lib. Et de conſilio. 8. Cal. ſ. alleg. meminit honorãdus pater meus. Phi. dec. in. c. ad hec. in glo. ij. de reſcrip. allegãdo etiam ad predictam doctrinã Cal. Bal. in. c. j. in fi. per quos fiat inueſtitura. Mihi tamen viſa fuit ſemper ſana doctrina iſta. vcz ſufficere q ex verbis reſcripti poſſit apparere

1 Ex certa ſciẽtia quãdo dicatur papa ſcribere. Hic pulchre ⁊ ꝑvtiles remiſſiões fit declaratio.

2 Dicens papam pro ſe ſcripſiſſe / aut diſpenſaſſe ſecum ex certa ſcientia. quo teneat hoc probare.

de certa sciētia: licet specifice illa clausula nō exprimatur in literis quod est notabile dictum ꝯm Panor. hoc firmantem. in dicto. c. ad hec. in fin. vbi idem dicit tenere Inno. in. c. statutum. de rescri. lib. vj. ⁊ hoc idem firmat Panor. in. c. nōnulli. in glo. fecerint mētionē. de rescrip. ⁊ Panor. in. c. cū inter. de excep. ⁊ ibi Feli. col. j. versi. sed cōtrarium tenet ⁊c. coniuncta eiusdem Fel. sentētia. in col. mihi. iij. vers. pcedūt ista. dicti. c. cū inter. Et ipse Feli. in dicta col. j. plures ad hoc accumulat legistas ⁊ canonistas varijs in locis/ideo ad eūte remitto: prout intendo facere vbi per se aut per modernum quē piā aliqua vtilia copiose adunata reperiā/put sepius feci: vltra tamē adducta per Feli in dicto. c. cum inter. dic idem tenuisse Barba. ⁊ Philip. dec. i dicto. c. ad hec. miror tamē ꝙ Barb. ibi. (col. mihi 4. numero. 25. dum dixit sufficere aliquid exprimi in rescripto p qđ appareat principē ex certa sciētia scripsisse.) allegauerit p hoc glos. singu. in dicta cle. ij. de rescrip. nā illa gl. honore tāti viri saluo hoc nō dicit. verba enim illius glo. q̄ est fin. sunt hec. s. Nisi id fieret ex certa sciētia principis hoc expresso. Uult ergo illa glo. prout in pn cipio huius glosse dixi. ꝙ nisi exprimat̄ ista clausula ex certa sciētia. non presumitur: quam intelligo prout intellexit tuba et preco canonum. Panor. in pealle. c. nō nulli. in glo. fecerint mentionem. s. ꝙ si glo. fi. dicte cle. ij. intelligat̄ prout nōnulli eam intelligunt: ꝙ tunc papa aut princeps dicatur facere ex certa scientia quando formaliter in rescripto ponuntur ista verba ex certa scientia ⁊ non al's: ꝙ tūc glo. fi. dicte cle. ij. sit falsa. ⁊ tunc illa glo. esset contra doctrinam Inno. in dicto. c. statutū. ⁊ cōtra Io. an. ⁊ Panor. in dicto. c. nōnulli. ⁊ contra Panor. ⁊ Feli. in dicto. c. cum inter. ⁊ cōtra Panor. Barb. ⁊ Philip. dec. in dicto. c. ad hec. ideo illa glo. sic intellecta nō esset tenēda tanꝗ a communi et veriori opinione declinans. Sed si tu restringis modo pdicto glo. fi. dicte cle. ij. s. ꝙ quādo ex verbis rescripti potest percipi certa sciētia pape seu principis ꝗꝗ expsse ⁊ formaliter nō ponātur in rescripto ista verba ex certa sciētia. tūc censeatur scribēs ipse scribere ex certa scientia. ⁊ ita tene quia hec est mera veritas ⁊ cōmunis sentētia. ⁊ erit illa glos. vera. ⁊ concordabit cū vltimis supra premissis scribentibus et huius opinionis sequacibus. Inter quos enumerabis Panor. ⁊ Io. de imol. hanc finalem partem ⁊ magis cōmunē tenentes in dicta cle. ij. in fi. ⁊ Jaso. in. l. si quis iniquū. numero. 4. in prin. col. mihi. ij. ff. qđ quisqꝫ iuris. Et cum ista vltima parte concordat Panor. in. c. pastoralis. §. preterea. in glo. ex certa scientia. de offi. dele. dum dicit. ꝙ satis dr papa. ex certa scientia scribere si ex verbis expressis in literis commissiōis appareat ꝙ papa ex certa sciētia fecit: etiam si illa verba ex certa sciētia nō exprimātur. Et remisit se Panor. ibi ad ea q̄ ipse dixit in dicto. c. ad hec. et ad hoc solet allegari pallegata gloss. in verbo ex certa scientia. dicti. c. pastoralis. §. preterea. vbi Feli. se remittit ad ea que ipse dixit in dicto. c. ad hec. Ubi firmauit hanc vltimam opinionē. vt supra retuli. ⁊ hanc partem tenet Bal. in primo no. dicti. §. preterea. ⁊ Barba. ibi post eum. col. iiij. illius. §. preterea. in glo. ex certa sciētia. Et ꝙ vbi ex facti narratione pōt elici certa scientia censeatur papa scribere ex certa scientia. solet allegari gloss. in. c. statutum. in verbo literarum. de rescrip. lib. vj. p quā dicunt ibi Do. ge. ⁊ Phili. fran. ꝙ vbi ex tenore rescripti apparet

papam habuisse notitiam facti ꝛ
impedimenti dicitur tunc rescri-
bere ex certa scientia. ꝛ illā glo. se
quitur Feli. in. c. si aliquādo. in fi.
de sen. excō. Tu tamē de intelle-
ctu illius gloss. c. statutū. in. verbo
literarum. vide Feli. in. c. cum in-
ter. col. j. in prin. in ver. vtrū opor
teat. ꝛ per eundem in eadem col.
in versi. cum istis. ꝛc. de excep. vbi
declarat illam ꝛ docet an hoc qđ
dictū est probet. illam tamē gloss.
ad id ad quod adduxi allegauit
eam approbando. Philip. franc.
in. c. j. in glos. noscatur. de cōsti. li.
vj. vbi idē firmat Do. ge. post Jo.
de san. [1] Et per glo. dicti. c. sta-
tutum in verbo literarū. dicebat
Jason in. l. nec dānosa. circa fi. C.
de preci. impe. offe. ꝙ clausula ex
certa sciētia ꝛ clausula motus p-
prij equiparātur. ꝛ licet Jason. in
dicta. l. nec damnosa. dicat ꝙ hoc
colligitur ex dicta glos. in verbo
literarū. predicti. c. statutū. Ego
tamē dicerem ꝙ illa glos. in eiꝰ fi.
bene dicit ꝙ certa sciētia intelligi
tur cū exprimit. allegat. c. si motu
proprio. de prebē. lib. vj. Ratione
cuius allegationis potest colligi
ex dicta glo. ꝙ sicut papa nō cen-
setur scribere motu ꝓprio nisi for
maliter in literis illa clausula vta
tur: ꝙ idē sit quādo scripsit ex cer-
ta scientia: ꝛ sic videtur ꝙ finis di
cte glosse. c. statutum. in verbo li-
terarum conueniat cum doctrina
glo. fi. cle. ij. in prin. de rescrip. ꝛ ꝓ
illa pte ꝓbanda adducebat illā
glo. c. statutum. in verbo literaꝝ.
in fi. ipse Feli. in prealleg. c. cum
inter priorem. col. j. ver. cum istis.
et ille ipse. in col. ij. eiusdem. c. cū
inter. versi. ij. not. Et re vera si at-
tente respiciatur illa glo. c. statu-
tum. in verbo literarum. debet al
legari pro simili cum glo. fi. in ꝓn.
dicte cle. ij. de rescrip. licet glo. in
verbo literarum. dicti. c. statutū.
in prin. aliud innuat. cuius prin.
solū ponderant Do. ge. ꝛ Philip.
fran. ibi. ꝛ alij doctores. s. relati
in locis supra allegatis. dum illā
glo. allegant ad hoc quod vbi ex
tenore rescripti apparet papā ha
buisse notitiam facti ꝛ impedimē
ti dꝫ tunc rescribere ex certa scien
tia. ꝛ re vera in prin. eius illa glo.
hoc probat in illis verbis ibi posi
tis dum dicit. ex quo papa sciēter
cōmittit ꝛc. Caue tamen ne erres
vna cum doctrina Jaso. in dicta. l.
nec dānosa. dum dicit ꝙ clausula
ex certa sciētia ꝛ clausula motus
proprij equiparātur: vt nō intelli
gas hoc esse verum simpliciter.
[2] Nam quo ad inhabilitatē p-
sone tollēdam ꝛ personam inha-
bilem habilem reddēdam / plus
operatur clausula ex certa scien-
tia: quā clausula motus proprij.
qꝛ vbi papa cōfert bñficiū vel gra
tiā ex certa sciētia in capaci / vide
tur de ꝛ super incapacitate dispē-
sare. ita notat Alexā. de imola. in
l. quidā cōsulebat. col. ij. vers. ꝛ sic
nota post Ange. ꝛ tex. ibi. ff. de re
iudi. ꝛ per tex. l. idē Ulpianus. ff.
de excu. ꝛ tēpo. earū. ꝛ solet alle-
gari pulchra doctrina Bart. in. l.
ij. versi. ex quo nota. C. si seruus.
aut liber ad decu. aspi. li. x. vbi di
cit Bar. ꝙ qñ defectus est in ꝑso-
na electa talis sup quo eligēs po
terat dispensare: presumitur dis-
pensare si scit ꝑ. l. quidam cōsule
bat. ff. de re iudi. vel si est verisi-
mile ꝙ dispensator sciret. ꝑ. l. bar-
barius. ff. de offi. preto. Si autem
dispēsare nō poterat: vitiatur ele
ctio: ita dicit Bar. in dicta. l. ij. Et
pro isto vltimo dicto est ibi text.
[3] Et ideo vbi princeps vel po-
pulus Romanus confert dignita
tem scienter inhabili intelligitur
secum dispensare: ꝛ eum habilita
re per dictam. l. quidā cōsulebat.
ff. de re iudi. et probatur in. l. bar
barius. in fi. in illis verbis. sed ꝛ si
sciret ꝛc. ff. de offic. pretor. quem
tex. ad hoc pōderat ibi Jaso. col.
iij. numero. 8. ꝛ ad hoc facit glos.

1 Clausula ex certa sci entia: ꝛ clā motus pro prij an equi parentur.

2 Clausula ex certa sci entia quo ad reabili- tationē ꝑ- sone ꝓuise plus opera tur ꝙ̄ clau sula motus proprij.

3 Ubi prin- ceps ex cer ta scientia confert di- gnitatē in- habili vide tur secū dis pensare.

1 Ubi princeps cōcedit rescriptum delegatoriū ex certa sciētia alicui īhabili ad agendū vł talē supplicantē habilitare.

2 Papa ex certa sciētia cōmittens causam appellationis emisse a tertia snīa videtur tertiā appellationē pmittere in eadem cā.

3 Papa conferens bn̄ficium vel grām incapaci ex certa sciētia: an videaī secū dispēsasse?

sūcto tex. l. ij. C. de diuer. offi. lib. xij. vbi vide notata p Ang. & Jo. de pla. & Jaso. i dicta. l. barbari⁹. col. iij. allegat p hoc text. quē dicit, meliorē de iure in dicta. l. idē vlpianus. §. fi. [1] Et facit singulare dictum Ange. in. l. libertus. aduersus. p illū text. ff. de in ius voc. cuius doctrinam sic refert et sequitur Jaso. in dicta. l. barbarius. q princeps concedendo rescriptū delegatorium supplicanti. s. alts inhabili ad agēdū: vł talem supplicātem inhabilem habilem facere ad agendū. quod nota. qr deseruit ad materiam. c. j. de rescr. li. vj. c. intelleximus. de iudi. c. prudentiā. §. sexta. de offi. dele. et. c. cum inter. versi. ceterū. de excep. vbi pcederetur via rescripti emanati scienter in fauorē inhabilis ad agendū vel recōueniendum. vt in casibus de qbus in illis iuribus impetrās ad agēdū excluderetur: admittatur vbi inhabilitatem supplicantis non ignorabat scribens pro tali. facit l. j. & ibi vide notata p Saly. Bal. et Jaso. C. de preci. imper. offer. [2] Et ista deseruirent ad aliud. Scis tu q vbi qs succubuit trina conformi snīa. inhabilitatur a iure respectu appellatiōis interponende. l. si quis. C. ne lic. in vna & eademq cau. ter. puo. §. audient. versi. palā. in auī. de iudic. colla. vj. c. si aūt. §. post secundam. ij. q. vj. c. sua nobis. de appella. Et vt calūnijs litigātiū occurratur/ is qui in beneficiali vel alia quauis cā tres ꝯ se in petitorio vel possessorio snīas reportauit: ad agēdum de nullitate ipsarū/ vel alicuius ex eis/ nullatenus admittatur: donec hmōi sentētie plenarie fuerint executioni mandate. Similiter si ille contra quē tres snīe diffinitiue late fuerint ab interlocutoria vel grauamine ante prolationē ipsarum vel earū alicuius/ se appellasse & cām appellationis hmōi adhuc pendere pponat: sententiarum predictarū executionē tali pretextu nolum⁹ impediri. ait tex. in cle. j. de re iudi. Tamen vbi papa in cōmissionē cause appellatiōis faceret mētionē de supplicatione appellātis: in qua narrauit tres snīas fuisse contra eum in eadem causa latas: & nihilominus papa commisit cām appellationis: tūc papa cōmittendo appellatiōis cām vł appellationē cōmisisse nō obstante qd tertio nō potuisset appellare. fm Ant. de butr. & Jo. de Jmol. in dicto. c. sua nobis. quos sequitur ibi Phi. deci. col. pe. in tertia fallētia. & Alexan. de imol. in cōsilio. lxxvij. incipiente in cā & lite vertēte corā reuerēdo patre. &c. in prin. ij. col. in. ij. volu. & hoc est cōsiliū q vult allegare Jason. in dicta. l. barbarius. col. iij. licet corrupte tn̄ illud alleget. dū dicit q est in cōsilio. lxxij. Jaso. tn̄ in dicta. l. barbarius. sequiī predictaz doctrinam Anto. de butr. et Joā. de imola. in dicto. c. sua nobis. et Alexā. in precalle. consilio. lxxvij. Nā ex quo ex narratis ipsi pape appellans patefecit suā inhabilitatē iuris: ratione cuius dispositiōis p preallegata iura nō erat sibi pmissum tertio appellare in eadē cā: papa tn̄ ꝯmittendo cām appellationis tollebat illā & appellantē inhabilē reddebat habilem. ita q hoc videbatur papa facere ex certa scientia rōne narratorū. facit glos. in. c. pastoralis. §. preterea. in vbo ex certa scientia. de offi. dele. & principiū glo. c. statutū. in verbo literarū. de rescri. li. vj. cū ibi notatis p Do. ge. et Phi. fran. & illas duas glos. ad hoc allegat Alexan. in dicto consilio. lxxvij. post Jo. de imol. in dicto. c. sua nobis. [3] Et dū dixerā post tex. Ange. et Alex. in dicta. l. quidam consulebat. et per dictā l. idem vlpianus. in fi. q papa cō-

ferens beneficium vel gratiā ex certa scientia incapaci vr̄ se cū dispensasse.facit doctrina Bal.in.l.impialis.§.siles.p illū text.C.de nup.vbi dicit qꝺ papa ꝓmouens spuriū ex certa sciētia ad episcopatū vr̄ eum restituere natalib⁹.et sic legitimasse.fm Jaso.in dicta.l.barbarius.col.iij.et hoc firmat Alexan.in dicta.l.quidā cōsulebat.col.mihi.ij.nec de Alex.meminit saltem in specie quo ad hoc Jaso.in dicta.l.barbarius.et circa dictū.§.siles.vide ibi notata per glo.in verbo oportet.ꝛ notata.p Feli.in.c.cāmꝫ.le.ij.col.iij.versi.quinto.nota.de testi.et vide tu Alexan.in dicta.l.quidā cōsulebat.col.ij.qꝛ quasi eius dicta ꝛ doctorū ibi ab Alexan.relatorū reassumpsit Jaso.circa premissa.in dicta.l.barbari⁹.col.iij.vbi ipse Jaso.tam ex doctrina Inno.Joan.an.Ant.de butr.et Hostien.in.c.veniēs.de fil.presbi.quā ex doctrina Bart.in.l.ij.(quam supra allegaui).C.si ser.vel liber.ad decur.aspir.lib.x.ꝗ ex doctrina Ange.et magis cōi opinione modernoꝝ.in dicta.l.quidā consulebat.et Bald.in repe.dictē.l.barbarius.ꝗ ex trib⁹ mēbris positis a Ludo.Ro.pulchrē loquēte in consilio.216.incipiente electio dicti dn̄i capitanei.col.mihi iij.vsi.pro huius aūt solutione.ꝛc.Qꝺ aut loquimur in papa vel impatore:ꝛ tūc eo ipo ꝙ ex certa scientia inhabili conferunt dignitatem/ officiū/ aut beneficiū intelliguntur eū habilitare.sic intelligas.l.quidā consulebat.et.l.idem vlpianus.in fi.§.alle.et dictam.l.imperialis.§.similes.cum glo.in verbo oportet.C.de nup.ꝛ est glos.notabilis.in.c.statutū in verbo canonicis.de rescri.li.vj.et tu vltra allegata p Jas.i dicta.l.barbarius.col.iij.allegat hoc idē tenuisse Feli.in.c.pterea.in glo.in verbo a perhibendo.de testi.cogen.post Ant.de butr.Jmol.et Panor.ibi.Et concludit Feli.in dicto.c.pterea.col.iij.vsi.ꝛ ideo.ꝛc.post Panor.in.c.fraternitati.de scis.et dicto.c.preterea.qꝺ vbi princeps ꝓmouet notorie inhabilem vr̄ tacite dispensare per iura precalle.etiā sine cause cognitione.cū in eo sufficiat sola volūtas.vt notat Inno.in.c.cū ad monasterium.de sta.mo.et idem dic tu vbi inhabilitas est cōiter occultā sed principi est nota:qꝛ tunc ex certa scientia videꝛ cum ꝓmouere.Secus aūt si inhabilitantem ignoret.qꝛ tunc non vr̄ dispensare fm Feli.in dicto.c.pterea.col.iij.post Hosti.ꝛ post glo.in.c.statutū.in verbo literarū.de rescri.ꝛ sic intellige.c.si eo tempore.de rescri.li.vj.fm Feli.in dicto.c.pterea.et ad hoc pondero ego gl.in dicto.c.statutū.in verbo canonicis.dum dicit nisi appareret de certa scientia.ꝛc.Aut loquimur in inferioribus habētibus tn̄ dispensandi potestatem.et tunc nō solū requiritur certa scientia:sed etiā requiritur cause cognitio:et ꝙ ex causa dispenset.fm Jaso.in dicta.l.barbarius.col.iij.in fi.allegat glos.et doctores in.c.ij.vbi vide Panor.ꝛ Jo.de ana.de scis.et Panor.in.c.nihil.de elec.ꝛ Jaso.in dicta.l.barbarius.adducit gl.in.c.j.que est fi.de eta.ꝛ quali.libr.vj.quā vide iunctis suis remissionibus.vbi dicūt Do.ge.et Phi.fran.post Jo.an.in.c.fraternitati.de scis.ꝙ si promouens scit defectum promoti ꝛ cum promouet cum cause cognitione.s.an sit dispensatio facienda vel non:tūc dispensare videꝛ posito qꝺ non exprimat verbū dispenso.facit in simili.c.ad audientiaꝫ.de appella.si recte scias inducere.put in voce inducam.Si vero non premissa cause cognitione ꝓmoueat dispensare non intelligitur.scꝺm Do.ge.et Phi.fran.in dicto.c.j.

de eta.et qua.li.vj.in glo.fi.quod forte procederet nisi permittatur libera dispẽsatio prout in dicto.c. j.ƒm Phi.frã.ibi. Tu tñ dicta Do. ge.z Phi.fran.ibi.in glo.fi.quaetenus exigunt in casu premisso cause cognitionẽ/ dicas ꝓcedere in minore papa aut imperatore aut alio principe aliquẽ promouente: vt talis inferior regulariter vltra scientiam debeat procedere cũ cause cognitione in ꝓmotione inhabilis. Sz respectu pape z principis sufficit vt procedat ex certa scientia absqꝫ cause cognitione.vt.s.dixi. [1] Nã in papa z principe de inhabilitate certiorato.presumitur φ ex causa ꝓcedat.pro magna eñ z iusta causa presumitur eius volũtas.dicit glos.fi.l.relegati.ff.de penis.quã sequitur.Alexan.de imola.in dicta.l.quidem cõsulebat.col.iij.ff. de re.iudi.et illam glo.dicit sing. Panor.in.c. q in ecclesiarum.col. fi.et etiã Feli.ibi.col.mihi.xviij. versi.quinta.conclusio.de consti. vbi vide Phi.deci.col.xij.vsi.tertia cõclusio.z illã gl.dicte.l.relegati.dixit sing.Iaso.in.l.quominus.in princip.ij.col.ff.de flu.Et istud idem dicit Bart.in dicta.l. relegati.col.j.versi.in contrariũ. dum dicit φ cã iusta est volũtas principis.z ad hoc illa gl.dicte.l. relegati allegatur pro sing. per Gaspa.valas.in repe.l.imperinꝫ. col.mihi.xlij.ff.de iuris.omni.iudi.et vide notata p Barba.in dicto.c. que in ecclesiarum.col.aspe. Et dũ dixi φ in principe in dubio ꝓsumitur iusta cã.dic hoc firmare.Cyn.z Bal.in.l.rescripta.C.de preci.imp.offe.z Ant.de butr.in c.cum inter.et ibi Ioan.de imol. col.ij.versi.z nota etiam.de renũci.Anto.in.c.qz plerĩqꝫ.de immu. eccle.Panor.in.c.cum inter.circa medium.ij.col.de excep. Panor. in.c.nisi.in.j.gl.de offi.leg.et hoc vult in effectu Panor.in.c.in cau-

1 Papa aut princeps ꝓmouens ex certa sciẽtia inhabilem: ꝓsumitur motus ex cã iusta quorũ voluntas pro magna et iusta causa presumitur.

2 Dispensatus sit cautus vt custodiat dispensatione z facultatis exẽplar illius q iure cõi nõ poterat dispensare sz iure speciali tñ.

sis.col.j.versic.quidã est ordo.de re.iudi.post Cy.in dicta.l.rescripta.idẽ tenet Do.ge.in.c.grandi. de sup.negli.ꝑla. et Panor. in.c. quanto.col.iij.vsi.ex quo infero. de iur.iur.Panor.in.c.cum venissent.col.iij.versi.ex hoc infero.de iudi.et Panor.in.c.cum olim.col. mihi.vj.in fi.inversi.fateor tamẽ. de re.iudi.z non eundo per mensdicata suffragia hoc probatur in dicta.l.quominus.ƒm Iaso.ibi.in prin.ij.col. Respectu aũt inferiorum a principe dicebat Iaso.in dicta.l.barbarius.in princi.iiij.col. post Inno.in dicto.c.veniẽs.de fi. presbi.φ nõ potest haberi ꝓ legitima dispensatione factum temerarium per inferiores a papa vel imperatore. quod dictũ est bene notandũ.ƒm Iaso.in dicta.l.barbarius.allegantẽ Bal.in repe.dicte.l.barbarius.z Bal.in.l.bonorum.C.q admit. [2] Et sis cautus vbi tecum dispensatum erit super aliqua tua inhabilitate aut defectu quẽ patiebaris:ab illo qui de iure communi non poterat te purgare a tali inhabilitate aut defectu sed iure speciali tñ.vt qz forsan erat legatus apostolicus aut imperatoris vel principis.vt non solũ recipias z custodias literas super dispẽsatione/:sed etiã exẽplar seu copiã autenticam potestatis tali dispẽsanti concesse super talibus dispensationib⁹ fiendis.hãc doctrinã didici a summo illo canonista Panor.in.c.fraternitati.no.vltimo.de fei.z a Feli. in.c.quod super his.col.ij.versi.z habet locũ.de fide instru.tacẽdo tñ Panor.vbi.s.z pro illa doctrina Panor.et Feli. ego allego in simili doctrinã gl.in.c.cũ in iure. in vbo iniungo.in fi.de offi.dele. que dicit φ caueat ille qui fuit absolutus ab excõmunicatione vt custodiat literas absolutiõis:per quas tutus existat si ei obijceretur excõicatio.et intellige tu φ

